www.e-rara.ch

# M. Tullii Ciceronis opera omnia, praeter hactenus vulgatam Dionysii Lambini editionem ; accesserunt D. Gothofredi,... note

Cicero, Marcus Tullius

Lugduni, 1588

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-11124

Accusationis in C. Verrem, liber tertius, de frumento, seu oratio frumentaria. Oratio octava.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d’imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L’éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l’imprimerie jusqu’au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

a PERORATIO. P. B.
b *L.* ſolerēt

¶Laudantur [a] oratores veteres, Craſſi illi, & Antonij, quòd crimina diluere dilucidè, quòd copioſè reorum cauſas defendere ſolebant[b]. Nimirum illi non ingenio ſolùm his patronis, ſed fortuna etiam præſtiterunt. nemo enim tunc ita peccabat, vt defenſioni locum non relinqueret: nemo ita viuebat, vt nulla eius vitæ pars ſummæ turpitudinis eſſet expers: nemo ita in manifeſto peccato [c] tenebatur, vt, cùm impudens fuiſſet in facto, tum impudentior videretur, ſi negaret. Nunc verò quid faciat Hortenſius? auaritiæne crimina frugalitatis laudibus deprecetur? At hominem flagitioſiſſimum, libidinoſiſſimum, nequiſſimúmque defendit. An ab hac eius infamia, nequitia, veſtros animos in aliam partem, A fortitudinis commemoratione, traducat? At homo inertior, ignauior [d], magis vir inter mulieres nequam, impura inter viros muliercula proferri non poteſt. At mores commodi. Quis contumacior? quis inhumanior? quis ſuperbior? At hæc ſine cuiuſquam malo. Quis acerbior? quis inſidioſior? quis crudelior vmquam fuit? In hoc homine, atque in eiuſmodi cauſa quid facerent omnes Craſſi & Antonij? Tantùm, opinor, Hortenſi, ad hanc B cauſam non accederent, ne [e] in alterius impudentia ſui pudoris exiſtimationem amitterent. liberi enim ad cauſas, ſolutíque veniebant: neque committebant, vt, ſi impudentes in defendendo eſſe voluiſſent, ingrati [f] in deſerendo exiſtimarentur.

c *al.* peccatu *atque ita ſcriptum fuiſſe in vno atque altero antiquiſſimæ fidei libro Tironiano refert Gellius 13. c. 19.*
d *L.* ignauior vir magis ne quam inter mulieres, ma gis impura inter viros mul. *al.* vir magis inter mulieres nequam, magis pura &c.
e *v. c.* nequiā alterius &c. & ita *L.*
f *ſ. ſort.* infid

# ACCVSATIONIS IN C. VERREM, LIBER TERTIVS,

## de frumento, ſeu oratio frumentaria.

## ORATIO OCTAVA.

### SYNOPSIS.

*De frumento & re frumentaria.* ¶*Ac primū* de frumēto decumano *& tribus edictis iniquiſſimis Verris aduerſus aratores. De pecunia frumentario nomine erepta, & Verre eo nomine variis & argumentis & exemplis & priuatim & publicè conuicto. Pecuniam enim eo nomine abſtuliſſe priuatis, Nymphoni, Xenoni, Polemarcho, Eubulidi, Soſtrato, Numenio & Nymphodoro: Publicè, Agyrinenſibus, Herbitenſibus, Segeſtenſibus, Liparenſibus, Tiſſenſibus, Ameſtratinis, Petrinis, Halicienſibus, Segeſtanis, Thermitanis, Imacharenſibus, Ennenſibus, Calatinis, Muticenſibus, Hyblenſibus, Meneniis, Ætnenſibus, Leontinis. Superiora conſtare quoque ex Epiſtolis Metelli, ex effectis (vt quia multi necem ſibi conſciuerint) quod ſocietatem inierit cum decumanis (id enim probari teſtimonio Apronij & Decumanorū: deinde ſponſione Rubrij & Scandilij) Prolepſi quadam id etiam colligi, ſed & epiſtola Timarchidis id confirmari. Et hæc de frumento decumano.* ¶*Sequitur alia accuſatio*, De frumento empto vel emendo. *Pecunias in id deſtinatas fœneraſſe, auertiſſe, detraxiſſe.* ¶*Sequitur tertia accuſatio*, De frumento æſtimato.

EXORDIVM.

a *L.* ſibi ipſi dicunt inn.
b *L.* quod non ſolùm ab rep. ciuē impr.
c *al.* à Republica.

OMNES, qui alterum, iudices, nullis impulſi inimicitiis, nulla priuatim læſi iniuria, nullo præmio adducti, in iudicium reip. cauſa vocant: prouidere debent, non ſolùm quid oneris in præſentia tollant, ſed etiam quantum in omnē vitā negotij ſuſcipere conentur. *legem enim ſibi[a] ipſi indicunt innocentiæ, continentiæ, virtutúmque omnium, qui ab altero rationem vitæ repoſcunt.* atque eo magis, ſi id, vt antè dixi, faciunt nulla re commoti alia, niſi vtilitate communi. Nam qui ſibi hoc ſumſit, vt corrigat mores aliorum, ac peccata reprehendat, quis huic ignoſcat, ſi qua in re ipſe ab religione officij declinarit? Quapropter hoc etiam magis ab omnibus eiuſmodi ciuis laudandus, ac diligendus eſt, qui [b] non ſolùm reip.[c] ciuem improbum remouet, verùm etiā ſe ipſum eiuſmodi fore profitetur, ac præſtat, vt ſibi non modò communi voluntate virtutis, atque officij, ſed etiam vt quadam magis neceſſaria ratione rectè ſit, honeſtéque viuendum. Ita hoc, iudices, ex homine clariſſimo, atque eloquētiſſimo, L. Craſſo, ſæpe auditum F eſt, cùm ſe nullius rei tam pœnitere diceret, quàm quòd C. Carbonem vmquam in iudicium vocauiſſet. minus enim liberas omniū[d] rerum voluntates habebat: & vitam ſuam pluribus, quàm vellet, obſeruari oculis arbitrabatur. Atque ille his præſidiis ingenij, fortunæque munitus, tamen hac cura continebatur, quam ſibi, nondum confirmato conſilio, ſed ineunte [e] ætate ſuſceperat. quo minus etiam perſpicitur eorum virtus, & integritas, qui ad hanc rem adoleſcentuli, G quàm qui iam firmata ætate deſcendunt. illi enim, antequàm potuerunt exiſtimare, quanto liberior vita ſit eorum, qui neminem accuſarint, gloriæ cauſa, atque oſtentationis, accuſant: nos, qui iam, & quid facere, & quantulū iudicare poſſemus, oſtendimus, niſi facilè cupiditates noſtras teneremus, numquam ipſimet nobis præcideremus iſtam licentiam, liberatémque viuendi, Atque hoc ego plus oneris habeo [f], quàm qui ceteros accuſant (ſi *onus eſt id appellandum, quod cum lætitia* H *feras, ac voluptate*) veruntamen hoc ego amplius ſuſcepi, quàm ceteri: quod ita poſtulatur ab omni-

d *lib. vulg.* omnium voluntates rerū
e hoc ſ. anno 10. non eo quo Carbonem accuſauit, Tacitus declaris oratoribus.
f *fort.* ſubeo *ſex vet. vbi.*

ab omnibus, vt ab iis ſe abſtineant maximè vitiis, in quib. alterum reprehenderunt. Furē aliquem, aut rapacem accuſaris? vitanda tibi ſemper erit omnis auaritiæ ſuſpicio. maleficum quempiam adduxeris, aut crudelem? cauendum erit ſemper, nequa in re aſperior, aut inhumanior fuiſſe videare. corruptorem, adulterum? prouidendum diligenter, nequod in vita veſtigium libidinis appareat. *omnia poſtremò, quæ vindicaris in altero, tibi ipſi vehemēter fugienda ſunt.* Etenim non modò accuſator, ſed ne obiurgator quidem ferendus eſt is, qui, quod in altero vitium reprehendit, in eo ipſe deprehenditur. Ego in vno homine omnia vitia, quæ poſſunt in homine perdito, nefarióque eſſe, reprehendo: nullum[a] eſſe dico indicium libidinis, ſceleris, audaciæ, quod non in vnius iſtius vita perſpicere poſſitis. Ego in iſto reo legem hanc, iudices, mihi ſtatuo: viuendum ita eſſe, vt iſti non modò factis, dictíſque omnibus, ſed etiam oris, oculorúmque illa contumacia ac ſuperbia, quam videtis, diſſimillimus eſſe, ac ſemper fuiſſe videar. Patior [b] non moleſtè, iudices, eam vitam, quæ mihi ſua ſponte antea iucunda fuerit, nunc iam mea lege, & conditione neceſſariam quoque futuram. Et in hoc homine ſæpe à me quæris, Hortenſi: quibus inimicitiis, aut qua iniuria adductus, ad accuſandum deſcenderim. mitto iam rationem officii mei, neceſſitudiníſque Siculorum: de ipſis tibi inimicitiis reſpondeo. *an tu maiores vllas inimicitias putas eſſe, quàm contrarias hominum ſententias, ac diſſimilitudines ſtudiorum, & voluntatum?* Fidem ſanctiſſimam in vita qui putat, poteſt ei non inimicus eſſe, qui quæſtor conſulem ſuum, conſiliis commiſſis, pecunia tradita, rebus omnibus creditis, ſpoliare, relinquere, prodere, oppugnare auſus ſit? Pudorē & pudicitiā qui colit, poteſt animo æquo iſtius quotidiana adulteria, meretriciam diſciplinam, domeſticum lenocinium videre? Qui religiones deorum immortalium retinere vult, ei, qui fana ſpoliarit omnia, qui ex cenſorum [c] orbitis prædari ſit auſus, inimicus non eſſe quî poteſt? Qui iure æquo omneis putat eſſe oportere, is tibi non infeſtiſſimus ſit, cùm cogitet varietatem, libidinémque decretorum tuorum? qui ſociorum iniuriis, prouinciárúmque incommodis doleat, is in te non expilatione Aſiæ, vexatione Pamphyliæ, ſqualore & lacrymis Siciliæ concitetur? qui ciuium Romanorum iura, ac libertatem, ſanctam apud omneis haberi [d] vult, is non tibi plus etiam, quàm inimicus eſſe debeat, cùm tua verbera, cùm ſecureis, cùm cruceis ad ciuium Rom. ſupplicia fixas recordetur? An, ſi qua in re contra rem meam decreſſet aliquid iniuria, iure me ei inimicum eſſe arbitrarer [e]: cùm omnia contra omnium bonorum rem, cauſam, rationē, vtilitatem, voluntatémque fecerit, quæris, cur ei ſim inimicus, cui populus Rom. infeſtus ſit? qui præſertim plus etiam, quàm pars virilis poſtulat, pro voluntate populi R. oneris ac muneris ſuſcipere debeam? Quid illa, quæ leuiora videntur eſſe? non cuiuſuis animum poſſunt mouere? quòd ad tuam ipſius amicitiam, ceterorúmque[f] omnium maiorū, atque nobilium, faciliorem aditum iſtius habet nequitia, & audacia, quàm cuiuſquam noſtrûm virtus, & integritas? odiſtis hominum nouorum induſtrias[a]: deſpicitis eorum frugalitatem: pudorem contemnitis: ingenium verò & virtutem, depreſſam, exſtinctámque cupitis: Verrem amatis. Ita credo: ſi non virtute, non induſtria, non innocentia, non pudore, non pudicitia: at ſermone, at litteris, at humanitate eius delectamini. nihil horum eſt: contráque ſunt omnia cùm ſummo dedecore ac turpitudine, tum ſingulari ſtultitia, atque inhumanitate óblita. Huic homini ſi cuius domus patet, vtrùm ea patere, an hiare, ac poſcere aliquid videtur? Hunc veſtri ianitores, hunc cubicularij diligunt: hunc liberti veſtri, hunc ſerui, ancillęque amāt: hic cùm venit, extra ordinem vocatur: hic ſolus introducitur, ceteri ſæpe, frugaliſſimi homines, excluduntur. ex quo intelligi poteſt, eos vobis eſſe chariſſimos, qui ita vixerunt, vt ſine veſtro præſidio ſalui eſſe non poſſint. Quid? hoc cuiquam ferendum putas eſſe, nos ita viuere in pecunia tenui, vt proſus nihil acquirere velimus: vt dignitatem noſtram, populíque R. beneficia non copiis, ſed virtute tueamur: iſtum, rebus omnibus vndique ereptis, impunè eludentem circumfluere, atque abundare? huius [b] argento domos veſtras, huius ſignis, & tabulis forum, comitiúmque ornari? præſertim cùm vos *veſtro Marte* his rebus omnibus abundetis? Verrem eſſe, qui veſtras villas ſuis manubiis ornet? Verrem eſſe, qui cum L. Mummio certet: vt plureis hic ſociorum vrbeis, quàm ille hoſtium, ſpoliaſſe videatur? plureis hic ſolus villas ornamentis fanorum, quàm ille fana ſpoliis hoſtium ornaſſe? & is erit ob eam rem vobis charior, vt ceteri libentiùs ſuo periculo veſtris cupiditatibus ſeruiant? ¶Verùm hæc dicentur [c] alio loco, & dicta ſunt: nunc[d] proficiſcemur ad reliqua, ſi pauca antè [e] erimus à vobis, iudices, deprecati. Superiore omni oratione peratentos veſtros animos habuimus. id fuit nobis gratum admodum: ſed multo erit gratius, ſi reliqua voletis attendere, propterea quod in his omnibus, quæ antea dicta ſunt, erat quædam ex ipſa varietate, ac nouitate rerum, ac[f] criminum delectatio. *nunc tractare cauſam inſtituimus frumentariam*: quæ magnitudine iniuriæ [g] ferè criminibus ceteris antecellit: iucunditatis in agendo, & varietatis minus habebit. veſtra autem auctoritate & prudentia digniſſimum eſt, iudices, in [h] audiendo diligentiam non minus religioni tribuere, quàm voluptati. In hac cauſa frumentaria cognoſcenda hæc vobis proponite, iudices, vos de rebus, fortuníſque Siculorum omnium, de ciuium Rom. qui arant in Sicilia, bonis, de vectigalibus à maioribus traditis, de vita, victúque populi Rom. cogituros. quæ ſi magna, atque adeò maxima vobis videntur: quàm variè, & quàm copiosè dicantur, exſpectare nolite. Neminem veſtrûm præterit, iudices, omnem vtilitatem, oportunitatémque prouinciæ Siciliæ, quæ ad commoda populi Romani adiuncta ſit, conſiſtere in re frumentaria maximé. [i] nam ceteris rebus adiuuamur ex illa prouincia: hac verò alimur, ac ſuſtinemur. ¶Ea cauſa tripertita [k], iudices, erit in accuſatione. primùm enim *de decumano*, deinde *de empto* dicemus frumento, poſtremò *de æſtimato*. ¶Inter [l] Siciliam, ceteráſque prouincias, iudices, in agrorum vectigalium rationibus [m] hoc intereſt, quòd ceteris aut

a lib. vulg. nullum eſſe indicium lib.

P. CXLIX.

b L. Patior, non moleſtè fero, iud.

c L. legendum, ... cenſorum ...

d v.c. haberi velit.

e L. arbitrarere: cùm

P. B.

f L. ceterorumque hominum maiorum, atq. nobil. & ita v.c.

a L. induſtriã

b v.c. huius argento dominia veſtra, huius ſign.

P. CL.

c L. & dicentur

d CONSTITVTIO cauſæ.*

e L. antè fuerimus à vobis,

f L. & criminum

g v.c. iniuriæ, & re. crim.

h L. in audiendo diligentia non m. & ita v.c.

i lib. vulg. maximè in cæteris rebus.*

P. B.

k PARTITIO.

l NARRATIO de frumento decumano quod ex decumis præſtatur ab aratoribus locorum publicorum.*

m L. ratione b.

A impoſitum vectigal [a] eſt certum, quod ſtipendiarium dicitur, vt Hiſpanis,& pleríſque Pœnorũ,quaſi victoriæ præmiũ,ac pœna belli:aut cenſoria locatio conſtituta eſt, vt Aſiæ,lege [b] Sempronia. Siciliæ ciuitates ſic in amicitiam,fidémque recepimus, *vt eodem iure eſſent, quo fuiſſent: eadem conditione populo R. parerent, qua ſuis antea paruiſſent.* perpaucæ Siciliæ ciuitates ſunt bello à maioribus noſtris ſubactæ: quarum ager cùm eſſet
B publicus populi R.factus, tamen illis eſt redditus.is [c] ager à cenſoribus locari ſolet. Fœderatæ [d] ciuitates duæ ſunt,quarum decumæ venire non ſoleant,Mamertina & Tauromitana.quinque præterea ſine fœdere immunes ciuitates,ac liberæ,Centuripina, Haleſina,Segeſtana,Halicienſis,Panormitana: præterea omnis ager Siciliæ ciuitatum, decumanus eſt:itémque ante imperium populi R.ipſorum Siculorum voluntate,& inſtitutis fuit.
C Videte nunc maiorum ſapientiam.qui, cùm Siciliam, tam opportunum ſubſidium belli, atque pacis,ad rempublicam adiunxiſſent,tãta cura Siculos tueri, & retinere voluerunt, vt non modò eorum agris vectigal nouum [e] nullum imponerent, ſed ne legem quidem venditionis decumarum, néve [f] vendundis aut tempus,aut locum commutarent: vt certo tempore anni,vt ibidem in Sicilia, denique vt lege Hieronica venderent, voluerunt eos in ſuis rebus ipſos intereſſe:eorum [g] ani-
D mos, non modò lege noua, ſed ne nomine quidem legis nouo cõmoueri.Ita decumas [h] lege Hieronica ſemper vendẽdas cenſuerũt, vt ijs iucundior eſſet muneris [i] illius functio, ſi eius regis,qui Siculis cariſſimus fuit, nõ ſolùm inſtituta,commutato imperio,verùm etiam nomen maneret.Hoc iure ante Verrem prætorem Siculi ſemper vſi ſunt: hic primus inſtituta omnium, conſuetudinem à maiori-
E bus traditam,conditionem amicitiæ, ius ſocietatis,cõuellere & cõmutare auſus eſt. Qua in re primùm illud reprehendo, & accuſo, cur in re tam veteri, tam vſitata, quidquam noui feceris.ingenio aliquid aſſecutus es? tot homines ſapientiſſimos [k], qui illam prouinciam ante te tenuerunt,prudentia, conſilióque viciſti?Eſt tuum,eſt ingenij, prudentiæque [l] tuæ. do hoc tibi & concedo: ſcio, te Romæ,cùm prętor eſſes,edicto tuo poſſeſſio-
F nes [m] hereditatum ad alienos,à primis heredibus ad ſecundos,à legibus ad libidinem tuã tranſtuliſſe:ſcio,te edicta ſuperiorum omniũ correxiſſe, & poſſeſſiones hereditatum non ſecundum eos,qui proferrent, ſed ſecundum eos, qui dicerent teſtamentum factum, dediſſe:eáſque res nouas abs te prolatas, & inuentas magno tibi quæſtui fuiſſe ſcio: eundemque te memini cenſorias quoque leges in ſartis tectis exigẽdis tollere & commuta-
G re:ne is [n] redimeret,cuia res eſſet:ne pupillo tutores, propinquíque conſulerent, quo minus fortunis omnibus euerteretur: exiguam diem præfiniri [o] operi,qua ceteros ab negotio excluderes,ipſe [p] in tuo redemtore nullã certam diem obſeruares. Quamobrem nouã legem te in decumis ſtatuiſſe non miror,hominem in edictis prætoriis,in cenſoriis legibus tam prudentem, tam exercitatum: non, inquã,miror,te aliquid excogitaſſe:ſed quod
H tua ſponte,iniuſſu populi,ſine ſenatus auctoritate iura prouinciæ Siciliæ mutaris, id reprehendo,id accuſo.L.Octauio, & C. Cottæ conſulibus ſenatus permiſit,*vt vini, & olei decumas, & frugum minutarum, quas ante te quæſtores in Sicilia vendere conſueſſent, Romæ venderent, legémque his rebus, quam*[a] *ipſis videretur,dicerent.* Cùm locatio fieret,publicani poſtularunt,quaſdam res vt ad legem adderent,neque tamen à cenſoriis ceteris legibus recederent.Cõtrà dixit is,qui caſu tum Romæ fuit,tuus hoſpes,Verres, hoſpes, inquam,& familiaris tuus, Sthenius hic Thermitanus.Conſules cauſam cognouerunt:cùm viros primarios, atque ampliſſimos ciuitatis multos in conſilium aduocaſſent, de conſilij ſentẽtia pronuntiarunt, *ſe lege Hieronica venditnros.* Itáne veró? prudentiſſimi viri,ſumma auctoritate præditi, quibus ſenatus legum dicendarum in locandis vectigalibus omnem poteſtatem permiſerat, populúſque Romanus idem iuſſerat,Siculo vno recuſante, cum amplificatione vectigalium, nomen Hieronicæ legis mutare noluerunt: tu homo minimi conſilij,nullius auctoritatis,iniuſſu populi,ac ſenatus,tota Sicilia recuſante,cum maximo detrimento, atque adeò exitio vectigalium,totam Hieronicam legem ſuſtuliſti[b].At quam legẽm corrigit,iudices, atque adeò totam tollit?acutiſſimè, ac diligentiſſimè ſcriptam:quæ [c] omnibus cuſtodiis ſubiectum aratorem [d] decumano tradit,vt neque in ſegetibus,neque in areis,neque in horreis, neque in amouendo, neque in [e] aſportando frumento,grano vno poſſet arator,ſine maxima pœna fraudare decumanum. Scripta lex ita diligenter eſt,vt eum ſcripſiſſe appareat, qui alia vectigalia non haberet:ita acutè,vt [f] Siculum:ita ſeuerè,vt tyrannum: qua lege Siculis tamen arare expediret. nam ita diligenter conſtituta ſunt iura decumani [g],vt [h] tamẽ ab inuito aratore plus decuma non poſſit auferri.Cùm hæc eſſent ita conſtituta, Verres tot annis, atque adeò ſæculis inuentus eſt, qui hæc non [i] commutaret,ſed euerteret:eáque, quæ iamdiu ad ſalutem ſociorum,vtilitatémque reip.compoſita,comparatáque eſſent, ad ſuos improbiſſimos quæſtus conuerterit[k]:qui primùm [l] certos inſtituerit nomine decumanos,re vera miniſtros, ac ſatellites cupiditatum ſuarum: per quos oſtendam ſic prouinciam per triennium vexatam, atque vaſtatã, iudices,vt eam multis annis,multorum [m] innocentia, ſapientiáque recreare nequeamus. Eorum omnium, qui decumani vocabantur, princeps erat Qu. ille Apronius, quem videtis: de cuius improbitate ſingulari grauiſſimarum legationum querimonias audiſtis. Adſpicite,iudices,vultum hominis, & adſpectum:& ex ea contumacia, quam hîc in perditis rebus retinet, illos etiam ſpiritus Sicilienſes quos fuiſſe putetis,cogitate, ac recordamini.Hic eſt Apronius,quem in prouincia tota Verres, cùm vndique nequiſſimos homines conquiſiſſet, & cùm ipſe ſecum ſui ſimileis duxiſſet,nõ parum multos:nequitia, luxuria, audacia ſui ſimillimum iudicauit. Itaque iſtos inter ſe perbreui tempore, non res,non ratio,non commendatio aliqua, ſed ſtudiorum turpitudo,ſimilitudóque coniunxit.Verris mores improbos, impuróſque noſtis.fingite vobis,ſi poteſtis, aliquem, qui in omnibus iſtis [n] rebus par ad omnium flagitiorum nefarias libidines eſſe poſſit.is [o] erat

Apronius

a Vectigal aut certum eſt ſeu ſtipendiarium, aut cenſoria locatione conſtituitur.*
b Lex Sempronia de agris Aſiaticis P.Romani & cenſoribus locandis:& ſtipendiario vectigali iis non imponendo*
c Agri P. Romani à cenſoribus locari ſoliti.*
d Ciuitatum Sicularum aliæ fœderatæ (& earum decumæ venire non ſolent à cenſoribus) Aliæ ſine fœdere quarum rurſus aliæ, immunes ac liberæ: aliæ decumas ex agris præſtabant.*
e Vectigal nouum nullum impoſitum Siculis a Romanis:ſed nec vectigalium vendendorum leges, ſiue ad tempus ſiue ad locum pertinerent mutatæ.* P. CLI.
f *L.* neue vendundi aut temp. *& ita v.c.*
g *L.* eorúmque anim.
h Decumæ lege Hieronica apud Siculos venditæ.*
i λητουργία
k *v.c.* ſapientiſſimos,clariſſimóſque, qui ill.
l *v.c.* diligentiæque tuæ.
m *L.* poſſeſſiones hereditatum à liberis ad alienos.
n vide Verrinam,3.*
o *L.* præfinire op.
p *al.* cùm ipſe

P. B.
a *al.* quæ ipſis videretur, edicerent.
b *L.* ſuſtuliſti?
c *L.* quæ lex omn.
d Aratorum & decumanorum quæ ratio apud Siculos fuerit*
e *L.* in exportando
f Siculi. acuti *Cicero de claris Oratorib. & epiſtola ad Q. fratrem: & ſupra in diuinatione]* 6. *Quintil.* 4.*
g *L.* decumano, vt c.
h Decumanis plus decuma ab aratore inuito non licuit auferre.*
i *al.* non commutarit ſed euerterit
k *L.* conuerteret:
l Decumanis ſuis quemadmodum Verres attribuerit aratores Siciliæ.*
m *L.* multorum prętorum inn.
n *L.* iſtis rebus
o *L.* is ille erat Apronius: qui, *al.* is erat Apro.

A Apronius ille:qui,vt ipſe non ſolùm vita,ſed
etiam corpore,atque ore ſignificat, immen-
ſa aliqua vorago eſt, aut [a] gurges vitiorum,
turpitudinúmque omnium. Hunc in omni-
bus ſtupris, hunc in fanorum expilationibus,
hunc in impuris conuiuiis principem adhibe
bat: tantámque habebat morum ſimilitudo
coniunctionem, atque concordiam, vt A-
pronius,qui aliis inhumanus,ac barbarus, iſti
vni commodus, ac diſertus videretur: vt,
B quem omnes odiſſent, neque videre vellent,
ſine eo iſte eſſe non poſſet:vt,cùm alij,ne cõ-
uiuijs quidem ijſdem,quibus Apronius, hic
iiſdem etiam poculis vteretur:poſtremò, vt
odor Apronij tæterrimus oris, & corporis,
quem(vt aiunt) ne beſtiæ quidem ferre poſ-
ſent,vni iſti ſuauis,& iucundus videretur.Ille
erat in tribunali proximus: in cubiculo ſo-
cius [b],in conuiuio dominus:ac tum maximè,
cùm,accubante prætextato [c] prætoris filio,in
C conuiuio ſaltare nudus [d] cœperat.Hunc, vti
dicere inſtitui,principem Verres ad [e] euerté-
das fortunas aratorũ,vexandas, diripiendáſq;
eſſe voluit:huius audaciæ,nequitiæ,crudelita-
ti,fideliſſimos ſocios,optimóſq; ciueis ſcitote
hoc prætore traditos, iudices, atque addictos
fuiſſe,nouis inſtitutis & edictis,tota Hieroni-
ca lege(quemadmodum antea dixi)reiecta,&
repudiata.*Primùm edictum*,iudices,audite præ
clarum: *Quantum [f] decumanus edidiſſet arato-
D rem ſibi decumæ [g] dare oportere*,vt tantum ara-
tor decumano dare cogeretur? Quomodo?
quantum popoſcerit Apronius,dato.Quid eſt
hoc?vtrùm prętoris inſtitutum in ſocios,an in
hoſteis victos inſani edictum, atque imperiũ
tyranni?Ego [h] tantum dem,quantum ille po-
poſcerit?poſcet omne, quantum exarauero.
Quid omne?immò plus,etiã, inquit,ſi volet.
Quid tum?Quid cenſes?Aut dabis, aut contra
edictum feciſſe dãnabere. Per deos immor-
E taleis,quid [i] eſt hoc?veriſimile enim non eſt.
Sic mihi perſuadeo,iudices,tametſi omnia in
iſtum hominem conuenire putatis [k],tamen
hoc vobis falſum videri.ego enim, cùm hoc
tota Sicilia diceret,tamé affirmare non aude-
rem,ſi hæc edicta non ex ipſius tabulis totidé
verbis recitare poſſem:ſicuti faciam.da, quæ-
ſo,ſcribæ: recitet ex codice. Recita edictum
de profeſſione. *Edictum de Profeſſione.* Ne-
gat me recitare totum. nam [l] id nutu ſi-
F gnificare videtur. Quid prætereo? an il-
lud, vbi caues tamen Siculis, & miſeros re-
ſpicis aratores? edicis enim, *te in decuma-
num,ſi plura [m] ſuſtulerit [n], quàm debitum ſit,in
octuplum iudicium daturum eſſe.* Nihil mihi
placet prætermitti.Recita hoc quoque, quod
poſtulat, totum. Recita edictum de iudicio
in octuplum. *Edictum de iudicio in octu-
plum.* Iudicio vt arator decumanum perſe-
quatur. miſerum, atque iniquum, ex agro
homines traduci in forum,ab aratro ad ſub-
G ſellia, ab vſu rerum ruſticarum ad inſolitam
litem,atque iudicium. Cùm omnibus in alijs
vectigalibus,Aſiæ,Macedoniæ,Hiſpaniæ,Gal-
liæ,Africæ,Sardiniæ, ipſius Italiæ, quæ [o] ve-
ctigalia ſunt:cùm in his,inquam,rebus omni-
bus publicanus petitor,ac pignerator,non ere
ptor, neque poſſeſſor ſoleat eſſe: tu de opti-
mo,de iuſtiſſimo,de honeſtiſſimo genere ho
minum,hoc eſt,de aratoribus,ea iura conſti-
tuebas, quæ omnibus alijs eſſent contraria.
H Vtrum [p] eſt æquius,decumanum petere, an

a al. ac.* P. 8.
b al. ſolus,
c id eſt impubere. Prætextam enim pueri ad annum 17. geſtabant.*
d Mos Græcis, vt nudi in conuiuiis ſaltarent quod oratione in Piſonem Gabinio 2. Catilinaris, Catilinæ ſociis crimini dat*
e L. ad fortunas aratorũ vexandas, d. v.c.
f Primum. edictum Verris in aratores iniquiſſimum.*
g al. decumarum nomine dare oportere.*
h L. ego tãtumdem, quant.
i L. quidq. quid eſt hoc, veri enim ſimile non eſt & ita v.c.
k L. putetis.
l L. nam id ſignificare nutu videtur.
P. CLIIII.
m al. plus.*
n L. abſtulerit, q.
o L. al. quæ vectigalia ſint, c. quæ vectigalis ſit, cùm &c.|| rectè nec enim omnis Italia vectigalis.
p Intereſt noſtra potius non ſoluere quàm ſolutum repetere l. 3. ff. de compenſatio-] nib.

A aratorem repetere?iudicium, integra re, an
perdita, fieri? eum, qui manu quæſierit, an
eum,qui digito [a] licitus ſit,poſſidere?Quid,qui
in ſingulis iugis [b] arant,qui ab opere ipſi non
recedunt, quo in numero magnus ante te
prætorem numerus, magna multitudo Sicu-
lorum fuit: quid facient? cùm dederint A-
pronio,quod popoſcerit, relinquent aratio-
nes?relinquent Larem familiarem ſuum? ve-
nient Syracuſas,vt,te prætore,videlicet,æquo
B iure,Apronium,delicias,ac vitam tuam, iudi-
cio recuperatorio perſequantur? Verùm e-
ſto [c], reperietur aliquis fortis, & experiens,
arator,qui, cùm tantum dederit decumano,
quantum ille deberi dixerit, iudicio repetat,
& pœnam octupli perſequatur.Exſpecto vim
edicti, ſeueritatem prætoris: faueo aratori,
cupio octupli damnari Apronium.Quid tan-
dem poſtulat arator?nihil, niſi ex edicto iu-
dicium in octuplum.Quid Apronius?non re-
C cuſat.quid prætor?iubet [d] recuperatorum re-
iicere decurias [e]. Scribamus. Quas decurias?
de cohorte mea reiicies,inquit.Quid?iſta co-
hors quorum hominum eſt? Voluſij haruſpi-
cis, & Cornelij medici, & horum canum,
quos tribunal meum vides lambere.Nam de
conuentu nullum vmquam iudicem, nec re-
cuperatorem dedit. iniquos decumanis [f] o-
mneis dicebat eſſe, qui vnam agri glæbã poſ-
ſiderent. Veniendum erat ad eos contra A-
D pronium,qui nondum etiam Aproniani con-
uiuij crapulam exhalaſſent. O præclarum, &
commemorandum iudicium!ô ſeuerum edi
ctum!ô tutum perfugium aratorum!Atque [g],
vt intelligatis cuiuſmodi iſta iudicia in octu
plũ,cuiuſmodi iſtius de cohorte recuperato-
res exiſtimati ſint:ſic attendite.Ecquẽ putatis
decumanum,hac licentia permiſſa,vt tantum
ab aratore, quantum popoſciſſet, auferret,
plus,quàm deberetur,popoſciſſe? conſiderate
E cum veſtris animis voſmetipſi,ecquem pute-
tis, præſertim cùm id non ſolùm ſine auari-
tia, ſed etiam ſine impudentia accipere po-
tuerit,multos neceſſe eſt.At ego omneis dico
plus, [h] quàm decumas, abſtuliſſe. cedò mihi
vnum ex triennio præturæ tuæ, qui octupli
damnatus ſit.damnatus?immò verò in quem
iudicium ex edicto tuo poſtulatum ſit. Ne-
mo erat videlicet aratorum, qui iniuriam ſi-
bi factam queri poſſet:nemo decumanorum,
F qui grano amplius ſibi, quàm deberetur, de-
beri profeſſus eſſet.immò verò contrà,rapie-
bat,& aſportabat, quantum à quoque vole-
bat,Apronius: omnibus autem locis aratores
ſpoliati, ac vexati querebantur:neque tamen
vllum iudicium reperietur.Quid eſt hoc?tot [i]
viri fortes, honeſti, gratioſi, tot Siculi, tot e-
quites R.ab vno homine nequiſſimo, ac tur-
piſſimo læſi, pœnã octupli ſine vlla dubita-
tione commiſſam,nõ perſequebãtur?quę cau
G ſa?quæ ratio eſt?vna illa,iudices, quã videtis:
quòd vltrò etiã [k] illuſos ſe, & irriſos [l] ab iudi-
cio diſceſſuros videbant. Etenim quod eſſet
iudiciũ,cùm è Verris turpiſſimo, flagitioſiſſi-
móque comitatu tres recuperatorum nomi-
ne aſſediſſent,aſſeclæ iſtius,non à patre ei tra
diti,ſed à meretricula cõmendati? Ageret vi-
delicet cauſam arator: nihil ſibi frumenti ab
Apronio relictũ,bona ſua etiã direpta:ſe pul-
ſatũ, verberatúmque diceret. conferrent viri
H boni capita: de [m] comeſſatione loquerentur
inter ſe, ac de mulierculis, ſi quas à prætore

a Digito ſublato licitationes fieri ſolitas dixi Verrina.1.*
b L. iugeris ar.|| ſed in ſingulis iugis arare,eſt vno tantum in iugo: cuiuſmodi ſpatium iuncti boues vno die exarare. poſſunt
c De perſona recuperatorum
d L. iubet recuperatores reiicere. Decurias ſcribamus.
e al. decurias exſcribamus.
f al. decumanis eſſe aiebat, omneis qui vllam agri
g De colluſione comitũ Verris cum decumanis.*
h L. plus, ac multo plus, quàm dec. *& ita v.c.*
i *lib. vulg. non habet*, tot.
P. CLIIII.
k *lib. vulg.* illuſos ſe & irritos ab iud. *mendosè*
l *al.* irritos vt ſ. ac præterea illudere & irridere idem: Igitur, *ita irritos, hic* referemus ad fruſtrationem iudicij, non ad ludibriũ*
m *lib. vulg.* de comeſſatione|| *ſed veteres* comiſſari, comiſſationem *dixerunt* vide *Feſt. in Commiſſat.**

abeunteis poſſent deprehendere. res agi videretur. ſurrexiſſet Apronius, noua dignitas publicani, non vt decumanus, ſqualoris plenus, ac pulueris: ſed vnguentis oblitus: vino, vigiliiſque languidus. omnia primo motu, ac ſpiritu ſuo, vini, vnguenti, corporis odore cōpleſſet. dixiſſet hæc, quæ vulgò dicere ſolebat, non ſe decumas emiſſe, ſed bona, fortunáſque aratorum: non ſe decumanum eſſe Apronium, ſed Verrem alterum dominum illorum, ac tyrannum. Quæ cùm dixiſſet, illi viri optimi de cohorte iſtius recuperatores, nō de abſoluendo Apronio deliberarent, ſed quærerent, quomodo [a] petitorem ipſum Apronio [b] condemnarent [c]. Hanc tu licentiam diripiendorum aratorum cùm decumanis, hoc eſt, Apronio permiſiſſes, vt, quantum vellet, poſceret: quantum popoſciſſet, auferret: hoc tibi defenſionis ad iudicium tuum comparabas, habuiſſe te edictum, recuperatores daturum in octuplum? Si mehercule ex omni copia conuentus Syracuſani, ſplendidiſſimorum [d], honeſtiſſimorúmque hominum faceres poteſtatem aratori, non modò reiiciendi, ſed etiam ſumendi recuperatores: tamen hoc nouum genus iniuriæ ferre nemo poſſet, te, cùm tuos omneis fructus publicano tradidiſſes, & rem de manibus amiſiſſes, tum bona tua repetere, ac perſequi lite, atque iudicio. Cùm verò verbo, iudicium ſit in edicto, re quidem vera, tuorum comitum, hominum nequiſſimorum colluſio cum decumanis ſociis tuis, atque adeo procuratoribus: tamen audes illius iudicij mentionem facere, præſertim cùm id non modò oratione mea, ſed etiam re ipſa refellatur? Cùm [e] in tantis incommodis aratorum, iniuriiſque decumanorum, nullum ex iſto præclaro edicto non modò factum, ſed ne poſtulatum quidem iudicium inueniatur. Erit [f] tamen [g] in aratores lenior, quàm videtur. Nam, qui in decumanos octupli iudicium ſe daturum edixit, idem habuit in edicto, *ſe in aratorem in quadruplum daturum.* Quis hunc audet dicere, aratoribus infeſtum, aut inimicum [h] fuiſſe? quanto leuior eſt, quàm in publicanum? Edixit, vt, quod decumanus edidiſſet, ſibi dari oportere, id ab aratore magiſtratus Siculus exigeret. Quid [i] dereliquit iudicij, quod in aratorem dari poſſet? Non malum eſt, inquit, eſſe iſtam formidinem: vt, cùm exactum ſit ab aratore, tamen ne ſe commoueat, reliquus metus iudicij ſit. Si iudicio à me vis exigere, remoue Siculum magiſtratum. ſi hanc vim adhibes, quid opus eſt iudicio? Quis porrò erit, qui non malit decumanis tuis dare, quod [k] poſcerent, quàm ab aſſeclis tuis quadrupli [l] condemnari? Illa [m] verò præclara eſt *clauſula edicti*, quòd *omnium controuerſiarum, quæ eſſent inter aratorem, & decumanum, ſi* [n] *vter velit, edicit ſe recuperatores daturum.* Primùm, quæ poteſt eſſe controuerſia, cùm is, qui petere debet, aufert? & cùm is non, quantum debetur, ſed, quantum commodum eſt, aufert [o]? Ille autem, vnde ablatum eſt, iudicio ſuum recuperare nullo modo poteſt? deinde in hoc *homo lynceus* [p], etiam callidus, ac veterator eſſe vult, quòd ita ſcribit, *Si vter volet* [q], *recuperatores dabo.* Quam lepidè ſe furari putat? Vtrique facit poteſtatem, ſed vtrùm ita ſcripſerit, *Si vter volet*, an, *Si decumanus volet*, nihil intereſt. arator e-

a *L.* ecquo modo petitorem ipſum Apronio cōdemnare poſſent. Hâc
b *al.* Apronio condonarent,
c *al.* promitterent *al.* cōdonarent.*
d *al.* ſplendidiſſimorū homi. honeſtiſſ. que

P. B.

e *al.* Quòd in tantis incōmodis ar. iniur. q. dec. n. ex iſto pr. ed. n. m. f. ſ. ne poſtul. q. iud. inuenitur: & ita v. c.
f *fort.* quanto in aratorem len.
g De pœna quadrupli in aratores conſtituta à Verre.*
h *al.* in: quū.*
i *L.* Quid eſt reliqui iudicij. & ita v. c.
k *L.* quod popoſcerint, quàm
l *al.* quadruplo cond. & ita v. c.
m De Clauſula edicti à Verre, in aratores compoſiti.*
n *L.* ſi vter volet, ed. v. c. ſi vter velit, ed.

P. CLV.

o *lib. vulg.* auferat?
p *L.* luteus *fort.* bliteus.|| luteus *autem eſt* hebes & tardus.*
*fort.* velis,

A nim tuos iſtos recuperatores numquid [c] volet? ¶ Quid? illa cuiuſmodi ſunt, quæ ex tempore, ab Apronio admonitus, edixit? Q. Septitio, honeſtiſſimo homine, equitéque Romano reſiſtente Apronio, & affirmante, ſe plus decuma non daturum, exoritur peculiare edictum repentinum, *Ne* [b] *quis frumentum de area tolleret, antè quàm cum decumano pactus eſſet.* Ferebat hanc quoque iniquitatem Septitius, & imbri frumentum corrumpi in

B area patiebatur: cùm illud edictum repentè vberrimum, & quæſtuoſiſſimum naſcitur, vt ante Kalendas Sext. omnes decumas ad aquam deportatas haberent. Hoc edicto, non Siculi (nam eos quidem iam ſuperioribus edictis ſatis perdiderat, atque afflixerat) ſed [c] iſti ipſi equites R. qui ſuum ius retinere ſe contra Apronium poſſe erant arbitrati, ſplendidi homines, & aliis prætoribus gratioſi, vincti Apronio traditi ſunt. Attendite enim,

C cuiuſmodi edicta [d] ſint. NE TOLLAT, inquit EX AREA, NISI ERIT PACTVS. Satis hæc magna vis eſt ad iniquè paciſcendum. malo enim plus dare, quā non maturè ex area tollere. At iſta vi Septitium, & nonnullos Septitij ſimileis non coercet: qui ita dicunt: Non [e] tollam potiùs, quam paciſcar. His hoc apponitur [f], Deportatum habeas ante cal. Sext. Deportabo igitur. Niſi pactus eris, non commouebis. Sic deportandi dies præſtituta tollere cogebat

D ex area. cohibitio [g] tollendi, niſi pactus eſſet, vim adhibebat pactioni, non voluntatem. ¶ Iam verò illud non ſolùm contra legem Hieronicam, nec ſolùm contra conſuetudinem ſuperiorum, ſed etiam contra omnia iura Siculorum, quæ habent à ſenatu, populóque Romano, ne [h] extra ſuum forum vadimonium promittere cogantur. Statuit iſte, *vti arator decumano, quò vellet decumanus, vadimonium promitteret*: vt hic quoque Apronio,

E cùm [k] à Leontino vſque Lilybeum aliquem vadaretur, ex miſeris aratoribus calumniandi [l] quæſtus accederet. Quamquam illa fuit ad calumniam ſingulari conſilio reperta ratio, quòd edixerat, vt aratores iugera ſationū ſuarum profiterentur. Quæ res cùm ad pactiones iniquiſſimas magnam vim habuit, ſicut oſtendemus, neque [n] ad vllam vtilitatem reip. pertinuit: tum verò ad calumnias. in quo o-

F mnes inciderent, quos vellet Apronius. Vt enim quiſque contra voluntatem eius dixerat, ita in eum iudicium de profeſſione iugerum poſtulabatur. cuius iudicij metu magnus à multis frumenti numerus ablatus, magnæque pecuniæ coactæ ſunt: non [o] quo iugerum numerum verè profiteri eſſet difficile, aut amplius etiam profiteri (quid enim in eo periculi eſſe poſſet?) ſed cauſa erat iudicij poſtulandi [p], quòd ex edicto profeſſus non eſſet. Iudicium autem quod fuerit, iſto prætore, ſi,

G quæ cohors, & qui comitatus fuerit, meminiſtis, ſcire debetis. Quid igitur eſt, quod ex hac iniquitate nouorum edictorum intelligi velim, iudices? Iniuriámne factam ſociis? at videtis. Auctoritatem ſuperiorum repudiatam? non audebit negare. Tantum Apronium iſto prætore potuiſſe? confiteatur, neceſſe eſt. ¶¶ Sed vos fortaſſe, quod vos lex commonet, id in hoc loco quæretis, num *quas* [q] *ex hiſce rebus pecunias ceperit.* Docebo, cepiſſe ma-

H ximas, omneíſque eas iniquitates, de quibus antea dixi, ſui quæſtus cauſa irrupiſſe [r] conuincam.

a *L.* numquid volet
b Secundum edictum Verris aduerſus aratores.*
c *al.* ſed illi ipſi
d *al.* edicta ſunt
e *L.* ne tollam
f *L.* opponitur
g *L.* prohibitio

P. B.

h *L.* ne quis extra ſ. f. v. pr. cogantur.
i Tertium edictum Verris aduerſus aratores.*
k *L.* cùm à Leōtinis vſq. Lil. aliq. vadaretur ex mi. aratorib. calumniandi quæſt. acc.
l v. c. kalūniandi q.
m *L.* oſtendam.
n *al.* nec ad vll.*
o *al.* non quod
p *al.* pertimeſcendi.*
q DE PECVNIA frumentario nomine ereptâ.*
r *L.* reperiſſe vincam. *al.* conſtituiſſe vincam, & ita q. v. c. *al.* inſtituiſſe vincam.*

A uincam, ſi prius illud propugnaculum, quo contra omneis meos impetus vſurum ſe putat, ex defenſione eius deiecero. *Magno*, inquit, *decumas vendid*. Quid ais? an tu decumas, homo audaciſſime, atque amentiſſime, vendidiſti? tu parteis eas, quas te S. P. Q. R. voluit, an fructus integros, atque adeò bona, fortunáſque aratorum omneis vendidiſti? Si palàm præco iuſſu tuo prædicaſſet, non decumas frumenti, ſed dimidias venire B parteis, & ita emtores acceſſiſſent, vt ad dimidias parteis emendas: ſi pluris vendidiſſes tu dimidias, quàm ceteri decumas, cuínam mirum videretur? Quid verò, ſi præco decumas pronuntiauit: re vera, hoc eſt, lege, edicto, conditione plus etiam, quàm dimidiæ venierunt? tamen hoc tibi præclarum putabis, te pluris, quod non licebat, quàm ceteros quod oportebat, vendidiſſe? Pluris [a] vendidi decumas, quàm ceteri. Quibus rebus id aſ- C ſecutus es? innocentia? Adſpice ædem Caſtoris: deinde, ſi audes, fac mentionem innocentiæ. Diligentia? codicis lituras tui contemplare in Sthenij Thermitani nomine: deinde aude te dicere diligentem. ingenio? qui teſteis interrogari priore actione nolueris, & ijs tacitum os tuum præbere malueris, quantumuis [b], & te, & patronos tuos, ingenioſos eſſe dicito. Qua re igitur id, quod ais, aſſecutus es? magna eſt enim laus, ſi ſuperiores conſilio D viciſti, poſterioribus exemplum, atque auctoritatem reliquiſti. Tibi fortaſſe idoneus fuit nemo, quem imitarere. At te videlicet, inuentorem rerum optimarum, ac principem, imitabuntur omnes. Quis aratorum, te prætore decumam [c] dedit? quis duas? quis non maximo ſe affectum beneficio putauit, cùm tribus decumis pro vna defungeretur, præter paucos, qui propter ſocietatem furtorum tuorum nihil omnino dederunt? Vide, inter im- E portunitatem tuam, ſenatúſque bonitatem, quid interſit. Senatus, cùm temporibus reip. cogitur, vt decernat [d], vt alteræ decumæ exigantur: ita decernit, *vt pecunia pro his decumis ſoluatur aratoribus*: vt, [e] quod plus ſumitur, quàm debetur, id emi, non auferri putetur. Tu, cùm tot decumas non s. c. ſed nouis edictis tuis, nefariiſque inſtitutis exigeres, & eriperes: magnũ te feciſſe arbitrabere, [f] ſi pluris vẽdideris, quàm L. Hortenſius, pater iſtius F Q. Hortenſij, quàm Cn. Pompeius, quàm M. Marcellus: qui ab æquitate, ab lege, ab inſtitutis non receſſerunt? An tibi vnius anni, aut biennij ratio habenda fuit: ſalus prouinciæ, commoda rei frumentariæ, ratio reip. in [g] poſterum fuit negligenda [h], cùm ita rem conſtitutam accepiſſes, vt & populo R. ſatis frumẽti ex Sicilia ſuppeditaretur, & aratoribus tamen arare, atque agros colere expediret? Quid effeciſti? quid aſſecutus es? Vt populo R. prætore te, neſcio quid ad decumas accederet, dese- G rendas arationes, relinquendáſque curaſti. Succeſſit tibi L. Metellus. Tu innocentior, quàm Metellus? tu laudis, & honoris cupidior? tibi enim conſulatus quærebatur, Metello paternus honor, & auitus negligebatur. multo minoris vendidit, nõ modò, quàm tu, ſed etiã, quàm qui ante te vendiderũt. Quæro, ſi ipſe excogitare non poterat, quemadmodum quàm plurimo venderet: ne tua quidem recentia proximi prætoris veſtigia perſequi H poterat, vt tuis præclaris, abs te principe in-

a al. Pluris vendidiſti decumas, q. al. Pluris decumas vendidiſti q.

b L. quamuis & te.

c fort. vnam decumam d.

P. B.

d Decumæ alteræ imperari ſolitæ à ſenatu, pro vſu & neceſſitate temporum.

e L. vt quo plus ſumitur q.

f L. arbitrare, ſi pl.

g v. c. in poſteritatem

h L. negligenda? Cum ita r. c. ac. vt & p. R. ſ. fr.

A uentis, & excogitatis edictis, atque inſtitutis vteretur? Ille verò tum ſe Metellum minimè fore putaſſet, ſi te vlla in re imitatus eſſet: qui ab vrbe Roma, quod nemo vnquam poſt hominum memoriam fecit, cùm ſibi in prouinciam proficiſcendum putaret, litteras ad Siciliæ ciuitates miſit, per quas hortatur, & rogat, vt arẽt, vt ſerant. In beneficio populi R. hoc petit aliquanto ante aduentũ ſuũ: & ſimul oſtendit, ſe lege Hieronica venditu- B rum, hoc eſt, in omni ratione decumarum nihil iſti ſimile facturum. Atque hæc, non cupiditate aliqua ſcribit adductus [a], vt in alienam prouinciam mittat litteras ante tempus: ſed conſilio, ne, ſi tempus ſationis præteriſſet, granum in [b] prouincia Sicilia nullum haberemus. Cognoſcite Metelli litteras. Recita epiſtolam L. Metelli. LITTERAE L. METELLI. Hæ litteræ, iudices, L. Metelli, quas audiſtis, hoc, quantum [c] eſt ex Sicilia frumenti C hornotini [d] exarauerunt. glæbam commoſſet in agro decumano Siciliæ nemo, ſi Metellus hanc epiſtolam non miſiſſet. Quid? Metello diuinitus hoc vênit in mentem: an ab Siculis, qui Romam frequentiſſimi conuenerant, negotiatoribúſque Siciliæ doctus eſt? quorũ, quanti conuentus ad Marcellos, antiquiſſimos [e] Siciliæ patronos, quanti ad Cn. Pompeium, COS. deſignatum, ceteróſque illius prouinciæ neceſſarios, fieri ſoliti ſint, quis igno- D rat? Quod quidem iudicium nullo vnquam de homine factum eſt, vt abſens accuſaretur ab ijs palàm, quorum in bona, liberóſque, ſummum imperium, poteſtatémque haberet. Tanta vis erat [f] iniuriarum, vt homines quiduis perpeti, quàm non de [g] iſtius prauitate, & iniuriis deplorare, & conqueri mallent. Quas litteras cùm ad omneis ciuitates propè ſuppliciter miſiſſet Metellus: tamen antiquum modum ſationis, nulla ex parte exſequi [h] po- E tuit. diffugerant enim permulti, id quod oſtendam: non [i] ſolùm arationes, ſed etiam ſedes ſuas patrias, iſtius iniuriis exagitati, reliquerant. Non mehercule criminis augendi cauſa dicam, iudices: ſed, quem accepi ipſe oculis, animóque ſenſum, hũc verè apud vos, &, vt potero, planiſſimè exponam. Nam, cùm quadriennio pòſt in Siciliam veniſſem: ſic mihi affecta viſa eſt, vt hæ [k] terræ ſolent, in quibus bellum acerbum, diuturnúmque ver- F ſatum eſt. quos ego campos antea, colleiſque nitidiſſimos, viridiſſimóſque vidiſſem, hos ita vaſtatos nunc, ac deſertos videbã, vt ager ipſe cultorem deſiderare, ac lugere dominũ videretur. Herbitenſis ager, Ennenſis, Murgentinus, Aſſorinus, Macharenſis, [l] Agyrinenſis, ita relictus erat ex maxima parte, vt non ſolùm iugerum, ſed etiam dominorum multitudinem quæreremus. Ætnenſis verò ager, qui ſolebat eſſe cultiſſimus, &, quod ca- G put eſt rei frumentariæ, campus Leontinus, cuius antea ſpes [m] hæc erat, vt, cùm obſitum vidiſſes, annonæ caritatem non vererere: ſic erat deformis, atque horridus, vt *in vberrima Siciliæ parte Siciliam quæreremus.* [n] labefactarat enim vehementer aratores iam ſuperior annus: proximus verò funditus euerterat. Tu mihi etiam audes mentionem facere decumarum? Tu [o] in tanta acerbitate, in tot & tantis iniuriis, cùm in arationibus, & H in earum rerum iure prouincia Sicilia conſiſtat: euerſis funditus aratoribus, relictis agris,

a L. inductus & ita v. c.

b L. ex prouinc.

c fort. quantum eſt, ex S.

d Hornotinum frumentum, quod vnius aut huius anni. ſic Hornum Lucilio & Varroni, eſt ipſius anni apud Nonũ c. 2. in Hornum 403.*

e Patroni Siciliæ antiquiſſimi, Marcelli.*

f al. erat iſtius iniuriarum.*

g L. de iſtius improbitate & iniur.

h L. aſſequi p

i L. nec ſolũ

k L. ex terr.

l al. Macharenis ſcribendum eſt ‡ macharenſis vt apud Ptolemæum, & in alphabeto Plinij Sicilienſi.

m L. ſpecies h.

n L. requireremus

o L. tu in tãta improbitate, in tanta acerb.

cùm in prouincia tam locuplete, ac referta, non modò rem, ſed ne ſpem quidem vllam reliquam cuiquam feceris, aliquid te populare putabis [a] habere, cùm dices, *te pluris, quàm ceteros, decumas vendidiſſe?* Quaſi verò aut populus R. hoc voluerit, aut ſenatus hoc tibi mandauerit, vt, cùm omneis aratorum fortunas decumarum nomine eriperes, in poſterum fructu illo, commodóque. rei frumentariæ populũ [b] R. priuares: deinde ſi quã B partem tuæ prædæ ad ſummã decumarũ addidiſſes, bene [c] de populo R. meritus videre-re. Atque [d] perinde loquor, quaſi in eo ſit iniquitas eius reprehendenda, quòd propter gloriæ cupiditatem, vt aliquos ſumma [e] decumarum vinceret, acerbiorem legem, duriora edicta interpoſuerit, omnium ſuperiorum auctoritatem repudiarit. Magno tu decumas vendidiſti. Quid, ſi doceo, te non minus domum tuam auertiſſe, quàm Romam miſiſſe, C decumarum nomine? quid habet populare ratio tua, cùm ex prouincia populi R. æquam partem tu tibi ſumſeris, atque populo R. miſeris? quid, ſi duabus partibus doceo te amplius frumenti abſtuliſſe, quàm populo R. miſiſſe? taménne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam [f] iactaturum, & [g] populo ſe ad coronam daturum [h]? Hæc vos antea, iudices, audiſtis: verùm fortaſſe ita audiſtis, vt auctorem rumorem haberetis, ſer- D monémque omnium. cognoſcite nunc, innumerabilem pecuniam frumentario nomine ereptam: vt ſimul illam quoque eius vocem improbam [i] agnoſcatis: qui ſe vno quæſtu decumarum omnia ſua pericula redemturum eſſe dicebat. Audiuimus [k] hoc iamdiu, iudices: nego quemquam eſſe veſtrûm, quin ſæpe audierit, ſocios iſtius fuiſſe, decumanos. nihil aliud arbitror in iſtum falsò eſſe dictum ab ijs, qui malè de iſto exiſtima- E rint, niſi hoc. nam ſocij putandi ſunt, quos inter res communicata eſt. Ego rem totam, fortunáſque aratorum omneis, iſtius fuiſſe dico: Apronium, Veneriósque ſeruos, quod iſto prætore fuit nouum genus publicanorum, ceteróſque decumanos, procuratores iſtius quæſtus, & [l] miniſtros rapinarum fuiſſe [m] dico. Quomodo hoc doces? quo modo ex locatione illa columnarum docui iſtum eſſe prædatum? opinor, ex eo maximè, quòd iniquam F legem, nouámque dixiſſet. Quis enim vmquam conatus eſt iura omnia, & conſuetudinem omnium commutare cum vituperatione, ſine quæſtu? Pergam, atque inſequar longius. iniqua lege vendebas, quo pluris venderes. cur, iam addictis, & venditis decumis, cùm iam ad ſummam decumarum nihil, ad tuum quæſtum multùm poſſet accedere, ſubitò, atque ex tempore noua naſcebãtur edicta? nam vt vadimonium decumano, quocumque is G vellet, promitteretur: vt ex area, niſi pactus eſſet, arator ne tolleret: ante [n] kal. Sext. decumas deportatas haberent: hæc [o] omnia, venditis decumis, anno tertio te edixiſſe dico: quæ ſi reip. cauſa faceres, in vendundo eſſent pronuntiata: quia tua cauſa faciebas quod erat imprudentia prætermiſſum, id quæſtu ac tempore admonitus reprehendiſti [p]. Illud verò cui probari poteſt? te ſine tuo quæſtu, ac [q] maximo quæſtu, tantam tuam infamiã, H tantum capitis tui, fortunarúmque [r] tuarum periculum neglexiſſe, vt, cùm totius Siciliæ quotidie gemitus, querimoniáſque audires: cùm, vt ipſe dixiſti, reum te fore putares: cùm huiuſce iudicij diſcrimen ab opinione tua non abhorreret: paterere tamen aratores indigniſſimis iniuriis vexari, ac diripi? profectò, quamquam es ſingulari crudelitate, & audacia: tamen abs [a] te totam alienari prouinciam, tot [b] honeſtiſimos, tibi inimiciſſimos fieri nolles, niſi hanc rationem, & cogitationem ſalutis tuæ; pecuniæ cupiditas, ac præſens B illa præda ſuperaret. ¶ Etenim, quoniã ſummam, & numerum iniuriarum, iudices [c], vobis non poſſum exponere [d]: ſingulatim [e] autem de vniuſcuiuſq; incommodo dicere infinitũ eſt: genera [f] ipſa iniuriarum, quæſo, cognoſcite. *Nympho* eſt *Centuripinus*, homo nauus [g], & induſtrius, experientiſſimus, ac diligentiſſimus arator. is cùm arationes magnas conductas haberet, (quod homines etiam locupletes, ſicut ille eſt, in Sicilia facere conſue- C uerunt) eáſque magna impenſa, magno inſtrumento [h] tueretur: tanta ab iſto iniquitate oppreſſus eſt, vt non modò arationes relinqueret, ſed etiam ex Sicilia profugeret, Romámque vnà [i] cum multis ab iſto eiectis, veniret. fecit vt decumanus Nymphonem [k] vocaret ex edicto illo præclaro, quod nullam ad aliãm rem, niſi ad huiuſmodi quæſtus pertinebat, numerum [l] iugerum profeſſum [m] non eſſe. Nympho cùm ſe vellet æquo iudicio de- D fendere, iſte viros optimos recuperatores dat, eundem illum medicum Cornelium (is eſt Artemidorus Pergamenus [n], qui in ſua patria dux iſti quondam, & magiſter ad deſpoliandum Dianę templum fuit) & haruſpicem Voluſianum [o], & Valerium præconé. Nympho, antequam planè conſtitit, condemnatur. Quanti, fortaſſe quæritis. Nulla erat edicti pœna certa. frumenti eius omnis, quod in areis E eſſet. Sic Apronius decumanus non decumã debitam, non frumentum remotum, atque celatum, ſed tritici ſeptem millia medimnûm ex Nymphonis arationibus, edicti pœna, non redemtionis aliquo iure tollit. *Xenonis Meneni*, nobiliſſimi hominis, vxoris fundus erat colono locatus. colonus, quod decumanorum iniurias ferre non poterat, ex agro profugerat. Verres in Xenonem iudicium dabat illud ſuum damnatorium de iugerûm profeſſione. Xenon [p] ad ſe pertinere negabat: F fundum elocatum eſſe dicebat. dabat iſte iudicium, *ſi* [q] *pateret, iugera eiuſmodi fundi eſſe plura, quàm colonus eſſet profeſſus, tum Xeno damnaretur.* Dicebat ille, non modò non araſſe ſe, id [r] quod ſatis erat, ſed nec dominum eius eſſe fundi, nec locatorem: vxorem eſſe. eam ipſam ſuum negotium gerere: ipſam locauiſſe. Defendebat Xenonem homo ſummo ſplendore, & ſumma auctoritate pręditus, M. Coſſetius. Iſte nihilominus iudi- G cium LLS. LXXX. millium dabat. Ille tametſi recuperatores de cohorte latronum ſibi parari videbat: tamen iudicium accepturum ſe eſſe dicebat. Tum iſte magna voce Veneriis imperat, vt Xenonem audirent: dum [s] res iudicaretur, hominem vt aſſeruarent: cùm iudicatum ſit, ad ſe adducant. & illud ſimul dixit, ſe non putare, illum, ſi propter diuitias, pœnas damnationis contemneret, etiam virgas contemnere. Hac ille vi, & hoc metu ad- H ductus, tantũ decumanis, quantũ iſte imperauit, exſoluit. *Polemarcus* eſt Murgentinus vir

a *al.* putas habere, cùm dicis te pl.
b *al.* remp. pr.
c L. bene de rep. bene de populo R.
d L. Atque hæc proinde loq.
e L. ſumma frumenti decumani vinceret
P. CLVIII.
f hic geſtus reprehenſus in Hortenſio Gellius, Quintil.*
g L. & populo ſe, ac coronæ daturum,
h Dare ſe coronæ eſt accommodare ſe ad multitudinis voluntatem, vt hunc locum interpretatur Donatus *in Adelphis ad illud Terentii.* Da te hodie mihi, *Verum* ſe ad coronam dare *nihil aliud mihi videtur* quàm populi gratiam aucupari velle.*
i *al.* probroſam
k L. Audimus hoc
l L. & adminiſtros
m *lib. vulg.* dico fuiſſe *mendoſe.*
n *lib. vulg.* Kalendis Sextilibus decumas dep. h.
o L. hæc omnia, venditis iam decumis,
p *al.* deprehendiſti. || *al.* præſentaſti.*
q L. ac maximo quidem quæſtu,
r *lib. vulg.* fortunarũmque periculũ m.

a L. totam abs te alien.
b L. tot honeſtiſſimos ac locupletiſſimos, tibi
c *L.* vobis iudices,
d *L.* exprom eret ſigillatim autem
e Singulatim enumerat, à quibus Verres, frumentario eoque decumano nomine, pecuniam iniuſtè acceperit.*
f id eſt exempla.*
g Nauus homo, celer ac ſtrenuus. Enavio, vnde Nauiu pro celeriter Plauto: à nauium celeritate deriuat Feſtus.*
h Inſtrumentum autem fundi conſtit in iis quæ fructus quærendi, cogendi, conſeruandi cauſa
*L.* inſtrumento
*l* quæſtum
*de* inſtructo
i *al. lib.* cum multis vna ab
k *L.* Nymphonem negaret ex e. illo pr.
l formia cẽſuali cauebatur, vt ſua quot iugerum eſſent in cenſum referretur
4 ff. de cẽſ.*
m L. profeſſum eſſe.
n *L.* Pergamenus. *al.* Pergamus à Pamphyliæ oppido, ad ſpoliatum ac nudatum templũ Dianæ.*
o *L.* Voluſianũ
p L. Xeno
q L. ſi pareret, iugera eius fundi &c. *al.* ſi pareret.
P. B.
r *al.* id quod ſatis erat
ſ Seruis Veneris.*

vir bonus atque honeſtus. is, cum pro iuge-
tibus [a] quinquaginta medimna [b] IↃCC. de-
cumæ imperarentur, quòd recuſabat, domum
ad iſtum in ius deductus [c] eſt: &, cùm iſte
etiam cubaret, in cubiculum introductus eſt:
quod, niſi mulieri, & decumano, patebat
alij nemini. Ibi, cùm pugnis & calcibus con-
ciſus [d] eſſet: qui DCC. medimnis decidere no-
luiſſet, mille promiſit. *Eubulides eſt* Groſphus
Centuripinus, homo cùm virtute & nobili-
tate domi ſuæ, tum etiam pecunia princeps.
huic homini, iudices, honeſtiſſimæ ciuitatis
honeſtiſſimo, non modò frumenti ſcitote,
ſed etiam vitæ, & ſanguinis tantum relictum
eſſe, quantum Apronij libido tulit. nam vi,
malo, plagis adductus eſt, vt frumenti daret
non quantum haberet, [e] ſed quantum coge-
retur. *Soſtratus*, & *Numenius*, & *Nymphodo-
rus* eiuſdem ciuitatis, cùm ex agris tres fra-
tres conſortes [f] profugiſſent, quòd iis plus fru
menti imperabatur, quàm quantum exara-
rant: hominibus coactis, in eorum arationes
Apronius venit: omne inſtrumentum diri-
puit, familiam abduxit, pecus abegit. poſtea
cùm ad eum Nymphodorus veniſſet Ætnam:
& oraret, vt ſibi ſua reſtituerentur: homi-
nem corripi, ac ſuſpendi iuſſit in [g] oleaſtro
quadam: quæ eſt arbor, iudices, Ætnę [h] in fo-
ro, tamdiu pepēdit in arbore ſocius, amicúſq;
populi R. in ſociorum vrbe ac foro, colonus,
aratórque veſter, quamdiu voluntas Apronij
tulit. Genera iam dudum innumerabilium in-
iuriarum, iudices, ſingulis nominibus profe-
ro: infinitam multitudinem iniuriarum prę-
termitto. vos ante oculos, animóſque veſtros,
tota Sicilia decumanorum hos impetus, arato
rum direptiones, huius importunitatem, A-
pronij regnum proponite. Contemſit Siculos:
non duxit homines: nec ipſos ad perſequendū
vehementeis fore, & vos eorum iniurias le-
uiter laturos exiſtimauit. Eſto: falſam de illis
habuit opinionem, malam de vobis: verum-
tamen cùm de Siculis malè mereretur, ciueis
R. coluit, his indulſit, eorum voluntati, & gra-
tiæ deditus fuit. Iſte ciueis Romanos? At [i]
nullus inimicior, aut infeſtior fuit. Mitto vin-
cula, mitto carcerem, mitto verbera, mitto ſe-
cureis: crucem [k] denique illam prætermitto,
quam ciuibus Romanis teſtem humanitatis
in eos, ac [l] beneuolētię ſuæ voluit eſſe: mitto,
inquam, hæc omnia, atque in aliud dicendi
tempus reiicio: de decumis, de ciuium R. con-
ditione in arationibus diſputo: qui quemad-
modū eſſent accepti, iudices, audiſtis ex ipſis.
bona ſibi erepta eſſe dixere. Verùm hæc, quo-
niam [m] huiuſmodi caſus affuit, ferenda ſunt:
nihil valuiſſe æquitatem, nihil conſuetudinē:
damna denique, iudices, nulla tanta ſunt, quę
non viri fortes, magno & libero animo affe-
cti, ferenda arbitrentur. Quid, ſi equitibus R.
non obſcuris, neque ignotis, ſed honeſtis, &
illuſtribus, manus ab Apronio, iſto prætore,
ſine vlla dubitatione afferebantur? quid exſpe
ctatis? quid à me amplius dicendum putatis?
an id agendum, vt eò celeriùs de iſto tranſiga
mus, quò maturiùs ad Apronium poſſimus,
id quod ego illi iam in Sicilia pollicitus ſum,
venire? qui C. Matrinium, iudices, ſumma vir
tute hominem, ſumma induſtria, ſumma gra
tia, Leontinis [n], in publico, biduum tenuit, at-
que [o] ab Apronio, iudices, homine in dedeco-
re nato, ad turpitudinem educato, ad Verris

[a] L. iugeris.
[b] Medimnū ſenos modios cupiebat.*
[c] L. eductus eſt:
[d] v. c. conciſus eſſet: & ita L.
[e] L. deberet, ſed q.
[f] Conſortes qui agrum eundem ſortiti, eúq; inter ſe poſtea regionibus diuiſerunt. Ad hos conſortes refer l. dudum 14. C. de contra empt.*
[g] L. n oleaſtro quodam
P. CLX.
[h] q. lib. i non habēt, Aetnæ
[i] L. At nullis
[k] in quam egit P. Gauiū ciuem Romanum Verrina 5.*
[l] v. c. ac beniuolentiæ
[m] L. quoniā eiuſmodi cauſa fuit, ſ, & ita v, c,
P. B.
[n] al. Leontini.
[o] al. atqui

A flagitia, libidinéſque accommodato, equitem
Rom. ſcitote biduum cibo, tectoque prohibi-
tum: biduum Leontinis [a], in foro, cuſtodiis
Apronij retentum, atque ſeruatum, neq; antè
dimiſſum, quàm ad conditiones eius depa-
ctus [b] eſt. Nam quid ego de Q. Lollio, iudices,
dicam, equite Rom. ſpectato atque honeſto?
Clara res eſt, quam dicturus ſum, tota Scicilia
celeberrima, atque notiſſima: qui cùm araret
in Ætnenſi, cùm is ager Apronio cum ceteris
B agris eſſet traditus: equeſtri vetere illa & au-
ctoritate, & gratia fretus, affirmauit, ſe decu-
manis plus quàm deberet, non daturum. refer
tur eius ſermo Apronio [c]. Enimuerò iſte ride
re, ac mirari, Lollium nihil de Matrinio, nihil
de ceteris rebus audiſſe. mittit ad hominē Ve
nerios (hoc quoq; attendite, apparitores à prę-
tore aſſignatos habuiſſe decumanum: ſi hoc
mediocre argumentum videri poteſt, iſtū de-
cumanorum nomine ad ſuos quæſtus eſſe a-
C buſum) adducitur à Veneriis, atq; adeò attra-
hitur Lollius commodè [d], cùm Apronius è
palæſtra rediſſet, & in triclinio, quod in foro
Ætnæ ſtatuerat, decubuiſſet [e]. Statuitur Lol-
lius in illo tempeſtiuo gladiatorum cōuiuio.
Non mehercule, quæ loquor, crederē, iudices,
tametſi vulgò audieram, niſi mecum ipſe ſe-
nex, cùm mihi, atq; huic voluntati accuſatio-
nis meæ lacrymās gratias ageret, ſumma cum
auctoritate eſſet locutus. Statuitur, vt dico, e-
D ques Rom. propè annos XC. natus, in Apronij
conuiuio, cùm interea Apronius caput, atq; os
ſuum vnguento perfricaret. Quid eſt, Lolli?
inquit. *tu, niſi malo coactus, recte facere neſcis?*
Homo, quid ageret: taceret, reſpōderet: quid
faceret deniq;, illa auctoritate, & ætate prędi-
tus, neſciebat. Apronius interea cenam, ac po-
cula poſcebat. ſerui autem eius, qui & mori-
bus iiſdem eſſent, quibus dominus, & eodem
genere, ac loco nati, præter [f] oculos Lollij hęc
E omnia ferebāt. Ridere cōuiuę: cachinnari ipſe
Apronius: niſi fortè exiſtimatis, eum in vino,
ac [g] luxu non riſiſſe, qui nunc in periculo, atq;
exitio ſuo riſum tenere non poſſit. Ne multa,
iudices: his cōtumeliis ſcitote Q. Lollium coa-
ctum, ad Apronij leges, conditionéſque veniſ-
ſe. Lollius, ætate & morbo impeditus, ad te-
ſtimonium dicendū venire non potuit. Quid
opus eſt Lollio? nemo hoc neſcit: nemo tuo-
rum amicorum, nemo abs te interrogatus,
F nunc ſe primùm hoc dicet audire. M. Lollius,
filius eius, adoleſcens lectiſſimus, præſtò eſt:
huius verba auditis [h]. nam [i] Q. Lollius, eius fi-
lius, qui [k] Calidium accuſauit, adoleſcens &
bonus, & fortis, & in primis diſertus, cùm his
iniuriis, contumeliiſque commotus in Siciliā
eſſet profectus, in itinere occiſus eſt. cuius
mortis cauſam fugitiui ſuſtinent: re quidem
vera nemo in Sicilia dubitat, quin eò ſit occi-
ſus, quò [l] habere clauſa non potuerit ſua con
G ſilia de Verre. Iſte porrò non dubitabat, quin
is, qui antea alium ſtudio adductus accuſaſſet,
ſibi aduenienti præſtò eſſet futurus, cùm eſſet
parentis iniuriis, & domeſtico dolore com-
motus. Iámne intelligitis, iudices, quæ peſtis,
quæ immanitas in veſtra antiquiſſima fideliſ-
ſima, proximáque prouincia verſata ſit? Iam [m]
videtis, quam ob cauſam Sicilia tot hominū
antea furta, rapinas, iniquitates, ignomini-
áſque perpeſſa, non [n] potuerit nouum, ac ſin-
H gulare, atque incredibile genus iniuriarum,
contumeliarúmque ferre [o]? Iam omneis in-

[a] al. Leontini, || vt ſit nomen vrbis.*
[b] L. depectus eſt. al. deiectus eſt.
[c] L. ad Apronium.
[d] fort. commodùm,
[e] L. recubuiſſet.
P. CLXI.
[f] Præter *hic pro* ante ſumitur *& ita Nonius hunc locum interpretatur.* vbi *tamen* ſoli *legitur pro* Lolli.
* L. ac lucro non ris.
[h] L. audieris
[i] *fort.* nam Q. Lollium, etiā eius filius, qui Cal.
[k] *al.* qui Canidius acc.
[l] L. quòd h.
[m] *al.* Iámne videtis,
[n] L. non potuerit hoc nouum
P. B.
[o] L. perferre?

telligunt, cur vniuerſa prouincia defenſorem ſuæ ſalutis eum quæſiuit[a], cuius iſte fidei, diligentiæ, perſeuerantiæ, nulla ratione eripi poſſit. tot iudiciis interfuiſtis: tot homines nocenteis, & improbos, accuſatos & veſtra,& ſuperiorum memoria ſcitis eſſe. ecquẽ vidiſtis, ecquem audiſtis, in tantis furtis, in tam apertis, in tanta audacia, tanta[b] impudentia eſſe verſatum? Apronius ſtipatores Venerios ſecum habebat: ducebat eos circum ciuitates: publicè ſibi conuiuia parari, ſterni[c] triclinia etiam in foro iubebat: eò vocari[d] homines honeſtiſſimos, non ſolùm Siculos, ſed etiam equites Romanos: vt, quicum[e] inire conuiuium nemo vmquam, niſi turpis, impuruſque voluiſſet, ad eius conuiuium ſpectatiſſimi, atque honeſtiſſimi viri tenerentur. Hęc tu omnium mortalium profligatiſſime, ac perditiſſime, cùm ſcires, cùm audires quotidie, cùm videres: ſi ſine tuo maximo quæſtu fierent, cum tanto periculo tuo fieri paterere, atque concederes? & tantum apud te quæſtus Apronij, tantum eius ſermo inquinatiſſimus, & blanditiæ flagitioſæ valuerunt, vt numquã animum tuum, cura tuarum fortunarum, cogitatioque tangeret? Cernitis, iudices, quod, & quantum incendium, decumanorum impetu non ſolùm per agros, ſed etiam per reliquas fortunas aratorum: non[f] ſolùm per bona, ſed etiam, per iura libertatis, & ciuitatis, iſto prætore, peruaſerit. videtis pendêre alios ex arbore: pulſari autem alios & verberari: porrò alios in publico cuſtodiri: deſtitui alios in conuiuio: condemnari alios à medico, & præcone prætoris: bona tamen interea nihilominus eorum omnium ex agris auferri, ac diripi. Quid eſt hoc? populi R. imperium? populi R. leges? iudicia? ſocij fideles? prouincia ſuburbana[g]? nónne omnia potiùs eiuſmodi ſunt, quæ, ſi Athenio[h] viciſſet, rex fugitiuorum, in Sicilia non feciſſet? non, inquam, iudices, eſſet vllam partem iſtius nequitiæ fugitiuorum inſolentia conſecuta. ¶Priuatim hoc modo: quid? *publicè*[i] *ciuitatu quemadmodum tractatæ ſunt?* audiſtis per[k] multa indicia, & teſtimonia ciuitatum, & reliquarum audietis. Ac primùm *de Agyrinenſi* populo, fideli, & illuſtri, breuiter cognoſcite. Agyrinenſis eſt in primis honeſta ciuitas Siciliæ, hominum ante[l] hunc prætorem locupletiũ, ſummorúmq; aratorum. eius agri decumas cùm emiſſet idẽ Apronius, Agyrium venit. Qui cùm[m] eò cũ apparitoribus, id eſt, cum minis, ac vi veniſſet, poſcere pecuniam grandem cœpit, vt, accepto lucro, diſcederet. nolle ſe negotij quidquam habere dicebat, ſed[n], accepta pecunia, quàm primùm aliam ciuitatem occurrere. Sunt[o] homines Siculi non contemnendi, ſi per noſtros magiſtratus liceat: ſed homines & ſatis fortes, & ſatis planè frugi, ac ſobrij: & in primis hæc ciuitas, de qua loquor, iudices. Itaque homini[p] in primis improbiſſimo, reſpondent Agyrinenſes, ſeſe decumas ei, quemadmodum deberent, daturos: lucrum cùm ille magno præſertim emiſſet, non addituros. Apronius certiorem facit iſtum, cuia res erat, quid rei eſſet. Statim, tanquam coniuratio aliqua Agyrij contra rempublicam facta, aut legatus prætoris pulſatus eſſet, ita Agyrio magiſtratus, & quinque primi[q], accitu[r] iſtius, euocantur. Veniunt Syracuſas: pręſtò eſt Apronius: ait, eos ipſos, qui veniſſent,

P. B.
a L. quæſiuerit.
b L. in tanta impudentia & ita v.c.
c L. ſterni triclinia, & in foro ſterni iub. & ita v.c.
d L. eò conuocari*
e al. vt quicum conuiuere nemo ſ vmquam. al. qui cum viuere nemo vmq.
f L. neque ſolùm p.
g Suburbanam prouinciam vocat, quòd propinqua ſit*
h L. ſi Athenio, rex fugitiuorum, viciſſet, in Sic. || de quo libro 2.ſ.
P. CLXII.
i Tranſit à priuatis exẽplis ad publica.*
k L. permultarum indicia, & teſtimonia ciuit.
l ſimile loquendi genus extat Diuinatione & lib. 2.ſ.*
m L. Qui cũ apparitoribus vi, ac minis eò veniſſet, poſc.
n L. ſed, accepta pecunia, velle quàm p.
o L. cum ſint omnes Siculi non contẽnendi, ſi per noſtros magiſtratus liceat: ſed & ſatis fortes, plane frugi, ac ſobrii: tũ in primis &c.
p L. homini improbiſſimo r.
q Quinqueprimi qui eſſent dixi in ſuperiorib.*
r id eſt vocatione.*

A contra edictum prætoris feciſſe. Quærebant, quid? reſpondebat, ſe ad recuperatores eſſe dicturum. Iſte, æquiſſimus homo, formidinem illam ſuam miſeris Agyrinenſibus iniiciebat: recuperatores ſe de cohorte ſua daturum minabatur. Agyrinenſes, viri fortiſſimi, iudicium ſe paſſuros eſſe dicebant. Ingerebat iſte Artemidorum[a] medicum Cornelium, pictorem[b] Tlepolemum, & eiuſmodi recuperatores: quorum ciuis Romanus nemo erat: B ſed Græci ſacrilegi, iampridem improbi, repentè[c] Cornelij[d]. videbant Agyrinẽſes, quidquid ad eos recuperatores Apronius attuliſſet, illum perfacilè probaturum. condemnari cum iſtius inuidia, infamiáque malebant, quàm ad eius conditiones, pactionéſque accedere[e]. Quærebant, quæ in verba recuperatores daret. Reſpondebat, *ſi pateret*[f] *aduerſus edictum feciſſe:* quæ[g] in iudicio dicturum eſſe dicebat[h]. Iniquiſſimis verbis, C improbiſſimis recuperatoribus, conflictari malebant, quàm quidquam cum iſto ſua voluntate decedere. Summittebat iſte Timarchidem, qui moneret eos, ſi ſaperent, vt tranſigerent. Pernegabant. Quid ergo? In ſingulos LLS. quinquagenis millibus damnari mauultis? Malle dicebant. Tum iſte clarè, omnibus audientibus, *Qui damnatus erit*, inquit, *virgis ad necem cædetur.* Hic illi flentes rogare, atque orare cœperunt, vt ſibi ſuas ſegetes, fructúſque omneis, arationéſque vacuas Apronio tradere D liceret: vt ipſi ſine ignominia, moleſtiáque diſcederent. hac lege, iudices, decumas vendidit Verres. Dicat licet Hortenſius, ſi audet[i], magno Verrem vendidiſſe. Hæc conditio fuit iſto prætore aratorum, vt ſecum præclarè agi arbitrarentur, ſi vacuos agros Apronio tradere liceret. multas enim cruceis propoſitas effugere cupiebant. quantum Apronius edidiſſet deberi, tantum ex edicto dandũ erat. Etiámne ſi plus edidiſſet, quàm quamtum natum E eſſet? Etiam. Quomodo? Magiſtratus ex[k] ipſius edicto exigere debebant. At arator repetere poterat. Verum Artemidoro[l] recuperatore. Quid, ſi minus arator dediſſet, quam popoſciſſet Apronius? Iudicium in aratorem in quadruplum. Ex quo iudicum numero? Ex cohorte prætoris præclara[m] honeſtiſſimorum. Quid amplius? *minus te iugerum profeſſum eſſe dico:* recuperatores reiice, quòd aduerſum edictum feceris. Ex quo numero? ex F eadem cohorte. Quid erit extremum? *Si damnatus eris* (nam dubitatio damnationis, illis recuperatoribus, quæ poterat eſſe?) *virgis te ad necem cædi neceſſe erit.* His legibus, his conditionibus, erit quiſquam tam ſtultus, qui decumas veniſſe arbitretur? qui aratori nouem parteis reliquas factas eſſe exiſtimet? qui non intelligat, iſtum ſibi quæſtui, prædæque habuiſſe bona, poſſeſſiones, fortunas aratorum? Virgarum metu Agyrinenſes, quod impera- G tum eſſet, facturos ſe eſſe dixerunt. Accipite nunc, quid imperarit: & diſſimulate vos, ſi poteſtis, vos intelligere, ipſum prætorem, quod tota Sicilia perſpexerit, redemtorem decumarum, atque adeò aratorum dominũ, ac regem fuiſſe. Imperat Agyrinenſibus, *vt decumas ipſi publicè accipiant: Apronio lucrum dent.* Si magno[n] emerat, quoniam[o] tu es, qui diligentiſſimè pretium exquiſiſti: qui, vt H ais, magno vendidiſti: quare putabas emtori lucrum addi oportere? Eſto: putabas.

quamo-

P. B.
a L. Artemidorum Cornelium medicum, Valerium præconem, Tlepolemum pictorem, & eiuſmodi.
b al. præco & malè. Huius fit mentio Verrina 5.*
c ſic apud Vlpianum heri ſeruus hodie libertus. l. 7. §. 2. ff. de iniuriis. vbi plura dixi.*
d hoc eſt Cornelii Verris aut liberti eius beneficio ciues facti.*
e fort. deſcendere.
f L. ſi pateret aduerſ. al ſi pateret aduerſ.
g L. quæ ſe in ind.
h al. aiebat.
i L. ſi volet magno Verrem decumas vendid.
k Lex iſtius ed.
P. CLXIII.
l al. Arthemidoro
m L. præclara, hominum honeſtiſſ.
n [illegible] Apronius, [illegible] lii legum emerat.*
o fort. quoniam tu is es, qui dil.

A quamobrem imperabas, vt adderent? Quid eſt aliud capere, & conciliare pecunias, in quo te lex tenet, ſi hoc non eſt, vi, atque imperio cogere inuitos lucrum dare alteri, hoc eſt pecuniam dare? Age, quid tum? ſi Apronio, deliciis prætoris, lucelli aliquid iuſſi ſunt dare, putate Apronio datum, ſi Apronianum lucellum, ac non prætoria præda vobis videbitur. Imperas, vt decumas accipiant: Apronio dēt [a] lucrū, tritici medimna XXXIIII [b]. B Quid eſt hoc? vna ciuitas ex vno agro plebis [c] Romanæ prope menſtrua cibaria prætoris imperio donare Apronio cogitur. Tu magno decumas vendidiſti, cùm tantum lucri decumano ſit datum? profectò, ſi pretium exquiſiſſes diligenter, tum, cùm vendebas, X. medimna [d] potius addidiſſent, quàm LLS. DC. poſtea. Magna præda videtur: audite reliqua, & diligenter attendite, quo minus miremini, Siculos, re neceſſaria coactos, C auxilium à patronis, à conſulibus [e], à ſenatu, à legibus, à iudiciis [f] petiuiſſe. Vt probaret Apronius [g] hoc triticum, imperat Agyrinenſibus Verres, *vt in medimna ſingula dētur Apronio* LLS. III. Quid eſt hoc? tanto numero frumenti, lucri nomine, imperato, & expreſſo, nummi præterea exigentur [h], vt probetur frumentum? an poterat non modò Apronius, ſed quiuis, exercitui ſi metiundum [i] eſſet, improbare Siculum frumentum, D quod [k] iſti ex area [l], ſi vellet, admetiri licebat? Frumenti tantus numerus imperio tuo datur, & cogitur. non eſt ſatis. nummi præterea imperantur. dantur. parum eſt. Pro decumis hordei alia pecunia cogitur. iubes [m] LLS. XXX. lucri dari. Ita ab vna ciuitate, vi, minis, imperio, iniuriáque prætoris, eripiuntur tritici medimna [n] XXXIII. & præterea LLS. LX. an hæc obſcura ſunt? aut, ſi omnes homines velint, obſcura eſſe poſſunt? quæ tu E palàm egiſti? in conuentu imperaſti? omnibus inſpectantibus coegiſti? qua de re Agyrinenſes magiſtratus, & quinque primi, quos [o] tui queſtus cauſa euocaſti [p], acta & imperia tua domum ad ſenatum ſuum renuntiauerunt: quorum renuntiatio, legibus illorum, litteris publicis mandata eſt: quorum legati, homines nobiliſſimi, Romæ ſunt, qui hoc idem pro teſtimonio dixerunt? Cognoſcite Agyrinenſium publicas litteras: deinde teſti- F monium publicum ciuitatis. Recita litteras publicas. LITTERAE PVBLICAE. Recita teſtimonium publicum. TESTIMONIVM PVBLICVM. Animaduertiſtis in hoc teſtimonio, iudices, Apollodorum, cui Pyragri [q] cognomen eſt, principem ſuæ ciuitatis, lacrymantem teſtari, ac dicere, numquam poſt populi Romani nomen ab Siculis auditum, & cognitum, Agyrinenſeis contra quemquam infimum ciuem R. dixiſſe, aut feciſſe quippiam: G qui nunc contra prætorem populi Ro. magnis iniuriis, & magno dolore publicè teſtimonium dicere cogerentur. Vni mehercule, huic ciuitati, Verres, obſiſtere tua defenſione non poteſt: tanta auctoritas eſt in eorum hominum fidelitate, tantus [r] dolor iniuriæ, tanta religio in teſtimonio. Verùm [s] non vna te, ſed vniuerſæ ſimilibus afflictæ incommodis, legationibus ac teſtimoniis publicis perſequētur. ¶ Etenim deinceps videamus, H *Herbitenſis ciuitas*, honeſta, & antea copioſa, quemadmodum ſpoliata ab iſto, ac vexata ſit.

a L. dent lucri, tritici medimnum XXXIII. millia. P. B

b ſubaudi millia.*

c al. plebei Rom. vt ſit genitiuus antiquus vſitatus Tullio & Liuio.*

d L. X. medimnum millia potius addidiſſent, quam XXXIII millia poſtea

e v.c. ab côſul. b.

f L. ab iudiciis, & ita v.c.

g L. hoc triticum, quòd ei dabatur, imp.

h L. exigantur, al. exigūtur.

i L. metiendum.

k L. quod illi.

l al. area & male.

m L. iubes LLS. XXX. millia lucri d.

n L. medimnum XXXIII. millia, & præterea ad LLS C.XXIX. millia.

o L. quos tu tui q.

p L. euocatas

P. CLXIIII.

q L. Pyragro cognomē eſt, al. cui Pyragro nomē eſt

r L. tantus dolor in iniuria,

s L. Verùm non vna te tantum, ſed

A At quorum hominum? ſummorū aratorum, remotiſſimorū à foro, iudiciis, controuerſiis [a]: quibus parcere, & conſulere, homo impuriſſime, & quod genus hominū ſtudioſiſſimè conſeruare debuiſti. Primo [b] anno venierūt eius agri decumæ [c] tritici [d] medimna XVIII. Atidius [e], itē iſtius miniſter in decumis, cùm [f] emiſſet, & præfecti nomine cùm veniſſet Herbitā cum Veneriis, locúſq; ei publicè, quò diuerteretur, datus eſſet: coguntur Herbitēſes ei B lucri dare tritici [g] modiûm XXXVII. millia, cùm decumæ veniſſēt tritici modiûm XVIII. Atq; [h] hoc triticū lucri cogūtur dare publicè [i], cùm iā priuatim aratores ex agris ſpoliati, atque exagitati decumanorū iniuriis profugiſſent. Anno ſecūdo cùm emiſſet Apronius decumas [k] tritici modiûm XXV. [l] millibus, & ipſe Herbitā cum [m] illa prædonum copia, manuq; veniſſet: populus publicè coactus eſt ei conferre lucri tritici [n] modiûm XXVI. [o] & C acceſſionem LLS. MM. De acceſſione dubito, an Apronio ipſi data ſit, merces operæ, pretiumq; impudentiæ. De tritici quidē numero tanto, quis poteſt dubitare, quin ad iſtum prædonem frumentarium, ſicut Agyrinenſe frumentum, peruenerit? Anno verò tertio in hoc agro conſuetudine vſus eſt regia. Solere [p] aiunt barbaros reges Perſarum, ac Syrorum, plureis [q] vxores habere: his autem vxoribus D ciuitates attribuere, hoc modo: *Hæc ciuitas mulieri* [r] *redimiculum præbeat, hæc in collū, hæc in crineis.* ita populos habent vniuerſos non ſolùm côſcios libidinis ſuæ, verùm etiam adminiſtros. Eandem iſtius, *qui ſe regem Siculorum eſſe dicebat*, [s] licentiā, libidinémque fuiſſe cognoſcite. Æſchrionis Syracuſani vxor eſt Pippa: cuius nomē iſtius nequitia tota Sicilia peruulgatū eſt, de qua muliere verſus plurimi ſupra tribunal, & ſupra prætoris caput ſcribebātur. Hic Æſchrio, Pippæ vir adumbratus, in E Herbitēſibus decumis nouus inſtituitur publicanus. Herbitēſes cùm viderent, ſi ad Æſchrionem pretiū rediſſet [t], ſe ad arbitrium libidinoſiſſimæ mulieris ſpoliatum iri: liciti ſunt vſque eò, quoad ſe efficere poſſe arbitrabantur. ſuprà adiecit Æſchrio. neq; enim metuebat, ne, prætore Verre, decumana mulier damno affici poſſet. Addicitur [u] medimnis CIↃ. CIↃ. dimidio [x] ferè pluris, quàm ſupe- F riore anno. Aratores funditus euertebantur: & eo magis, quòd iam ſuperioribus annis exhauſti [y] erant, ac pænè perditi. Intellexit iſte ita [z] magno veniſſe, vt amplius ab Herbitenſibus exprimi non poſſet. demit de [a] capite medimna DC. iubet in tabulas pro medimnis [b] CIↃ.CIↃ.CIↃ.VIII. referri IↃ.CIↃ.CIↃ.IↃ.& IIII. Hordei decumas eiuſdē agri Docimus emerat. Hic eſt Docimus, qui [c] ad iſtum deduxerat Tertiam, Iſidori mimi filiā, vi ab- G ductā ab Rhodio tibicine. Huius Tertiæ plus etiā, quàm Pippæ, plus quàm ceterarū, ac propè dicā, tantum apud iſtū in Sicilienſi prætura auctoritas valuit [d], quantum in vrbana Chelidonis. Veniunt Herbitā duo prætoris æmuli, non moleſti, muliercularum [e] deterrimarum

a L. & controuerſ.

b Huius loci de decumis Herbitēſium reſtitutio petenda eſt ex Frōtone Grāmatico, in exēplis eloquutionum, in voce dimidio, vbi adducit Ciceronis verba ex libro quē Tiro in lucē edidit, *Commentaria cauſarum.**

c L. triticimedimnum XVIII. millib.

d al. triticū modiū XLIIII *Vrſin.* al. tritici medimnum XVIII. millib.

e al. Atidius ac cenſus iſtius, item miniſter in decum.

f L. cùm decumas emiſſet,

g L. tritici modium XXXVIII. millia, cùm decumæ veniſſent tritici modium e VIII. millib Atq. al. tritici M. XXXVIII. D.CCC. cùm decumæ veniſ. M. XVIII. Atque. P. B.

h L. Atque hoc tantū tr.

i L. publicè, tum, cùm iā

k L. decumas tritici medimnum XX. mill. al. decumas tritici M. XX & DCCC. & ipſe.

l al. XXV. DCCC. *Vrſ.**

m L. cum illa ſua præd.

n L. triticū, modium XVI. millia, & acceſſionis LLS. CIↃ. CIↃ. De acc. al. tritici M. XXI. & acceſſionis LLS. CIↃ. CIↃ. D.

o al. XXV *Vrſin.**

p Mos perſarum & Syrorum.* Plato in Alcibiade: Diodorus I.*

r al. mulieri in redimiculum præbeat.* s L. ducebat. t L. recidiſſet. u L. addicuntur medimnum CCIↃↃ.CCIↃↃ.CCIↃↃ.IↃↃ. al. Addicitur med. VIII. c. dimid. x Vide huius loci lectionē apud Cornelium Frontonem in exemplis electionum. *vocum*, Dimiſſo.* y al. afflicti erant, ac. z L. ſe ita magno vendidiſſe, vt ampl. a al. de capite med. DC. iubet in tabulas pro med. VIII. referri VII. Hord. L. de capite medimnū CCIↃↃ.CCIↃↃ.CCIↃↃ.IↃↃ. referri CCIↃↃ.CCIↃↃ.CCIↃↃ. Hord. CIↃ.CCCC. b L. medimnum CIↃ.CIↃ.CIↃ. al. medimnum VII. referri *Vrſin.** c v.c. ad quem iſte deduxerat. Tertiam, *&c. non placet.* d potuit. e L. mulierculārum tæterrimarum impr.

improbiſſimi cognitores. incipiunt poſtulare,
poſcere, minari. non poterant tamen, cùm cu-
perent, Apronium imitari. Siculi Siculos non
tam pertimeſcebant. Cùm omni ratione ta-
men illi calumniarentur[a]: promittunt Her-
bitenſes vadimonium Syracuſas. Eò poſtea-
quàm ventum eſt, coguntur Æſchrioni, id eſt,
Pippæ, dare tantũ, quantũ erat de capite dem-
tum, tritici[b] modios CIↃ. CIↃ. CIↃ. CIↃ. Mu
lierculæ publicanæ noluit ex decumis nimiũ
lucri dare, ne fortè ab nocturno ſuo quæſtu
animum ad vectigalia redimenda transferret.
Tranſactum putabant Herbitenſes, cùm iſte,
Quid de hordeo, inquit, &[c] Docimo, amiculo
meo? quid cogitatis? At[d] hoc agebat in cubi-
culo, iudices, atque in lectulo ſuo. Negabant
illi ſibi quidquam eſſe mandatum. Non au-
dio: numerate LLS[e]. XV. Quid facerent mi-
ſeri? aut quid recuſarent? præſertim cùm in le
ctulo, decumanæ mulieris veſtigia viderent
recentia, quibus illum inflammari ad perſe-
uerandum intelligebant? Ita ciuitas vna ſo-
ciorum, atque amicorum, duabus deterrimis[f]
mulierculis, Verre prætore, vectigalis fuit. At-
que ego nunc, eum fruméti numerum, & eas
publicè pecunias decumanis ab Herbitenſibus
datas eſſe dico: quo illi frumento, & quibus
pecuniis tamen à decumanorum iniuriis ci-
ueis ſuos non redemerunt. perditis[g] enim, &
direptis aratorum bonis, hæc decumanis mer
ces dabatur, vt aliquando, ex eorum agris, at-
que ex vrbibus abirent. Itaque cùm Philinus
Herbitenſis, homo diſertus, & prudés, & do-
mi nobilis, de calamitate aratorũ, & de fuga,
& de reliquorum paucitate publicè diceret: a-
nimaduertiſtis, iudices, gemitum populi R. cu
ius frequentia huic cauſæ numquam defuit.
qua de paucitate aratorum alio loco dicam,
nunc illud, quod pænè præterij, non omnino
relinquendum videtur. Nam per deos im-
mortaleis, quod[h] de capite ipſo demſit, quo
tandem modo vobis non modò ferendum,
verùm etiam audiédum videtur? Vnus adhuc
fuit poſt Romam cónditam (dij immortales
faxint, ne ſit alter) cui reſp. totam ſe tradidit,
temporibus coacta, & malis domeſticis, L.
Sylla. Hic tantum potuit, vt nemo, illo inui-
to, nec bona, nec patriam, nec vitam retine-
re poſſet: tantum animi habuit ad audaciam,
vt dicere in concione non dubitaret, bona ci-
uium Romanorum cùm venderet, *ſe prædam*
*ſuam vendere.* Eius omneis res geſtas[i] non ſo-
lùm obtinemus, verùm etiam propter[k] ma-
lorum, incommodorum, & calamitatum
metum, publica auctoritate defendimus.
Vnum[l] hoc illius ſenatus conſulto reprehen-
ſum, decretúmque eſt, vt, quibus ille de ca-
pite demſiſſet, hi pecunias in ærarium refer-
rent. Satuit ſenatus, hoc ne illi quidem eſſe
licitum, cui conceſſerat omnia, à[m] populo
factarum, quæſitarúmque rerum ſummas
imminuere. Illum viris fortiſſimis iudicarunt
patres conſcripti remittere de ſumma nõn po
tuiſſe: te mulieri deterrimæ[n] rectè remiſiſ-
ſe ſenatores iudicabunt? ille, de[o] quo lege
populus Roma. iuſſerat, vt ipſius voluntas[p]
populo Rom. eſſet pro lege, tamẽ in hoc vno
genere, veterum religione legũ, reprehendi-
tur. tu, qui omnibus legibus implicatus tene-
bare, libidinem tibi tuam pro lege eſſe volui-
ſti? in illo reprehenditur, quòd ex ea pecunia
remiſerit, quã ipſe quæſierat: tibi concedetur,

a v.c. Kalumniarentur.
b L. tritici medimnum CIↃ. CIↃ. CIↃ. CIↃ: al. tritici med. D. III. DC.
P. B.
c v. c. & de Docimo, am. & ita. L.
d al. Atque
e L. LLS. XV mi. al. LLS. XII.
f L. teterrimis mul.
g L. perditis enim iam, & dir.
h v. c. quod de capit. iſte demſ.
i proſcriptiones. vide orationem in Piſonem, & 2. ad Atti. 1
k fort. propter maiorum incomod.
l L. Vnũ hoc aliquot ſenatus conſultis reprehẽſum. decretumq. eſt,
m L. ab ipſo partarum, quæſitarumq.
n L. teterrimæ r.
o L. de quo legem populus R. iuſſ. p. CLXVI.
p L. Voluntas ei poſſet eſſe pro lege & ita v. c.

A qui de capite vectigalium populi Romani re-
miſiſti? ¶ Atque in hoc genere audaciæ *mul-*
*to etiam impudentiùs in decumis Segeſtenſium*[a]
*verſatus eſt:* quas cùm addixiſſet eidem illi Do
cimo, hoc[b] eſt tritici modiûm quinque mil-
lia, & acceſſionem adſcripſiſſet LLS. MD. coe-
git Segeſtenſes à Domico tantidem publicè
accipere. id[c] quod ex Segeſtenſium publico
teſtimonio cognoſcite. Recita teſtimonium
publicum. TESTIMONIVM PVBLICVM. Au-
B diſtis, quanti decumas acceperit à Docimo ci-
uitas, tritici[d] modium quinque millia, & ac-
ceſſionem. Cognoſcite nunc, quanti ſe vendi-
diſſe retulerit. LEX DECVMIS VENDVNDIS
C. VERRE PR. Hoc nomine vidiſtis[e] tritici
modiûm CIↃ. CIↃ. CIↃ. de capite eſſe demta,
quæ cùm de populi Ro. victu, de vectigalium
neruis, de ſanguine detraxiſſet ærarij, Tertiæ
mimæ condonauit. Vtrùm impudentiùs à ſo-
ciis abſtulit? an turpiùs meretrici dedit? an im-
C probiùs populo Ro. ademit? an audaciùs tabu
las publicas commutauit? Ex horum ſeuerita
te te vlla vis, aut vlla largitio eripiet? ſed ſi e-
ripuerit, non intelligis, hæc, quæ iamdudum
loquor, ad aliam quæſtionem, atque ad pe-
culatus iudicium pertinere? Itaque hoc mihi
reſeruabo genus integrum totum: ad illam,
quam inſtitui, cauſam frumenti, ac decuma-
rum reuertar. Qui cùm agros maximos, ac fe-
raciſſimos, per ſeipſum, hoc eſt, per Aproniũ,
D Verrem alterum, depopularetur: ad mino-
res ciuitates habebat alios, quos, tanquam ca-
nes, immitteret, nequam homines, & impro
bos: quibus aut frumentum, aut pecuniam
publice cogebat dari. A. Valentius eſt in Si-
cilia, interpres: quo iſte interprete non ad lin
guam Græcam, ſed ad furta, & flagitia vti
ſolebat. Fit interpres hic, homo leuis, atque
egens, repentè decumanus. ¶ *Emit agri Lipa-*
*renſis, miſeri atque ieiuni, decumas* tritici me-
E dimnis IↃC. Liparenſes vocantur. ipſi accipe-
re decumas, & numerare Valentio coguntur
lucri LLS[f]. XXX. millia. Per deos immortaleis,
vtrum tibi ſumes ad defenſionem? tãtóne mi-
noris te decumas vendidiſſe, vt ad medimna
IↃC. XXX[g]. millia lucri, ſtatim ſua voluntate
ciuitas adderet, hoc eſt, tritici[h] medimna DI.
millia? an, cùm magno decumas vendidiſſes,
te expreſſiſſe ab inuitis Liparenſibus hanc pe-
F cuniam? Sed quid ego ex te quæro, quid de-
fenſurus ſis potius, quàm cognoſcam ex ipſa
ciuitate, quid geſtum ſit? Recita teſtimonium
publicum Liparenſium, deinde quemadmo-
dum Valétio nũmi ſint dati. TESTIMONIVM
PVBLICVM, QVOMODO SOLVTVM SIT, EX
LITTERIS PVBLICIS. Etiámne hæc tã parua
ciuitas, tã procul à manib. tuis atque à conſpe-
ctu remota, ſeiũcta à Sicilia, in[i] inſula inculta,
tenuíq; poſita, cumulata aliis tuis maioribus
G iniuriis, in hoc quoque frumentario genere,
prædę tibi, & quęſtui fuit? quã tu totã inſulam
cuidam tuorũ ſodalium, ſicut aliquod munu-
ſculum, cõdonaras: ab hac etiam hęc frumen-
taria lucra, tanquã à mediterraneis, exigeban-
tur? Itaq; qui tot annis agellos ſuos ante te prę-
torẽ redimere à piratis ſolebãt, iidẽ[k] ſeipſos à
te pretio impoſito redemerunt. ¶ Quid ergo?
à[l] *Tiſſenſibus* perparua, & tenui ciuitate, &[m]
aratoribus laborioſiſſimis, frugaliſſimiſq; ho-
H minibus, nonne plus lucri nomine, eripitur,
quàm quantum frumenti omnino exararant?
ad quos tu decumanum Diognetũ Venerium
miſiſti,

a L. Egeſtenſium
b L. hoc eſt, Tertiæ, tritici medimn. CIↃ. & acceſſ. adſcr. LLS. IↃↃ. coegit Egeſtenſeis à Doc.
c L. id quod ex Egeſtenſium publ.
d L. tritici medimnum quinque millib. & acceſſione. Cognoſ.
e L. videtis tritici medimnum CIↃ. CIↃ. de c.
P. B.
f L. LLS. V. millia. pe. al. LLS. XXX. Per deos
g L. LLS. V. millia lucri
h L. tritici modium II. millia?
i v. c. in inſula inc. ſeu. cula inc. ſeu in inſulula
k fort. iidem ſeipſi à te pr.
l L. à Tiſſenſib.
m L. ſed aratorib.

A miſiſti, nouum genus publicani. cur hoc au-
ctore non Romæ quoque ſerui publici ad ve-
ctigalia accedant? [a] Anno ſecundo Tiſſenſes[b]
LLS. XXI. lucri dare coguntur inuiti. tertio [c]
anno LLS. CIƆ CIƆ. modiûm tritici, lucri
Diogneto Venerio dare coacti ſunt. Hic Dio-
gnetus, qui ex publicis vectigalibus tanta lu-
cra facit, vicarium[d] nullum habet, nihil omni
no peculij. Vos etiam nunc dubitate, ſi pote-
ſtis, vtrùm tantum numerum tritici Venerius
B apparitor iſtius ſibi acceperit, an huic exege-
rit. atque hæc ex publico Tiſſenſium[e] teſtimo
nio cognoſcite. TESTIMONIVM PVBLICVM
TISSENSIVM. Obſcurè, iudices, prætor ipſe
decumanus eſt, cùm eius apparitores frumen
tum à ciuitatibus exigant, pecunias imperent,
aliquanto plus [f] ipſi auferant, quàm quantum
populo Romano decumarum nomine daturi
ſunt? Hæc æquitas in tuo imperio fuit, hæc
prætoris dignitas, vt ſeruos Venerios Siculo-
C rum dominos eſſe velles. hic [g] delectus, hoc
diſcrimen, te prætore, fuit, vt aratores in ſer-
uorum numero eſſent, ſerui in publicanorũ.
¶ Quid? *Ameſtratini* miſeri, impoſitis ita ma-
gnis decumis, vt ipſis réliqui nihil fieret, nón-
ne tamen numerare pecunias coacti ſunt? Ad-
dicuntur decumæ M. Cæſio, cùm adeſſent le-
gati Ameſtratini. ſtatim cogitur Heraclius le
gatus numerare LLS. XXII. Quid hoc eſt? quę
eſt iſta præda? quæ vis? quæ direptio ſociorũ?
D Si erat Heraclio ab ſenatu mandatum, vt eme
ret: emiſſet. ſi non erat: quî poterat ſua ſpon-
te pecuniam numerare? Cæſio renuntiat ſe
dediſſe. Cognoſcite renunciationem ex lit-
teris. Recita ex litteris publicis. LITERAE
PVBLICAE. Quo S. C. erat hoc legato per-
miſſum? nullo. cur fecit? coactus eſt. quis hoc
dicit? tota ciuitas. Recita teſtimonium publi-
cum. TESTIMONIVM PVBLICVM. Ab hac
eádem ciuitate anno ſecundo, ſimili ratione
E extortam eſſe pecuniam, & Sex. [h] Vennonio
datam, ex eodem teſtimonio cognouiſtis. At
Ameſtratinos, homines tenueis, cùm eorum
decumas medimnis DCCC. vendidiſſes Bano
bali [i] Venerio (cognoſcite nomina [k] publi-
canorum) cogis eos plus lucri addere, quàm
quanti venierant, cùm magno veniſſent. dát
Banobali [l] med. DCCC. LLS. MD. [m] Profe-
ctò numquam iſte tam amens fuiſſet, vt ex a-
gro populi Romani plus fruméti ſeruo Vene-
F rio, quàm populo Romano tribui pateretur,
niſi omnis ea præda, ſerui nomine, ad iſtum
ipſum perueniret. ¶ *Petrini*, cùm eorum de-
cumæ magno addictæ eſſent, tamen inuitiſ-
ſimi P. Næuio Turpioni, improbiſſimo ho-
mini, qui iniuriarũ, Sacerdote, prætore, dam-
natus eſt, LLS. [n] VII. dare coacti ſunt. Itáne
diſſolutè decumas vendidiſti, vt [o], cùm me-
dimnûm XV. millibus veniſſent, hoc eſt LLS.
XXXXV. vt [p] lucri decumano LLS. MMM. da-
G retur? At permagno decumas eius agri ven-
didiſti [q]. Videlicet gloriatur, non Turpioni
lucrum datum, ſed Petrinis pecuniam erè-
ptam. ¶ Quid? *Halicyenſes*, quorum incolę de-
cumas dant, ipſi agros immuneis habent: nón-
ne huic eidem Turpioni, cùm [r] decumæ C.
med. veniſſent, LLS. XV. CIƆ, dare coacti
ſunt? Si id, quod maximè vis, poſſes proba-
re, hæc ad decumanos lucra veniſſe, nihil te
attigiſſe: tamen hæ pecuniæ, per vim, atque
H iniuriam tuam captæ, & conciliatæ, tibi frau-
di, & damnationi eſſe deberent. cùm verò

a L. accedũt?
P. CLXXII.
b L. Tiſſienſes LLS. XX. millia lucri d.
c L. tertio anno XII. modium tritici millia lucri D.
d Vicarius ſerui ſeruus.*
e L. Tiſſienſium t.
f L. plus ipſi lucri auf.
g L. hic dilectus,
h al. Sexto mino d.
i al. Barlobabi.
k hoc eſt barbara non Romana.*
l al. Barinbali. med. CIƆ. ecc LLS. CIƆ. CIƆ.
P. B.
m al. XII. al pro medimnis DCCC.*
n L. LLS. XX CIƆ. dare co.
o L. vt cùm eſſet medimnus LLS. XV. veniſſent autem decumæ med. m. III. CIƆ. hoc eſt, LLS. XXXXV.
p L. vt lucri decumano LLS. XV. millia d.
q lib. vulg. vendidi. Vide licet igitur non Tur. luc. d. ſed Pet. pecuniæ ereptę
r L. cùm decumę CC. medimnis venirent, LLS. duo millia dare c.

A hoc nemini perſuadere poſſis, te tam amen-
tem fuiſſe, vt Apronium, ac Turpioné, ſeruos
homines, tuo, liberorumq; [a] tuorum periculo
diuites fieri velles: dubitaturum quemquã ex-
iſtimas, quin illis emiſſariis hæc tibi omis
pecunia quæſita ſit? ¶ *Segeſtam* item ad immu
nem ciuitatem Venerius Symmachus decu-
manus immittitur. is ab iſto litteras affert, vt
ſibi contra [b] omnia S. C. contra iura omnia,
contraq; legem Rupiliam, extra forũ vadimo
B niũ promittãt aratores. Audite litteras, quas ad
Segeſtanos miſerit. LITTERAE C. VERRIS.
Hic Venerius quéadmodũ aratores eluſerit,
ex vna pactione hominis honeſti, gratioſique
cognoſcite. in eodé enim genere ſunt cetera.
Diocles eſt Panormitanus, Phimes [c] cogno-
mine, homo illuſtris, ac [d] nobilis arator. Is a-
grũ in Segeſtano (nã [e] cõmercium in eo agro
Panormitanis eſt) conductũ habebat LLS. [f] ſex
millib. pro decuma cùm pulſatus à Venerio
C eſſet, dedit [g] LLS. XVI. millia, & CICLIIII.
id ex tabulis ipſius cognoſcite. NOMEN DIO-
CLIS PANORMITANI. Huic eidem Simma-
cho, Anneius [h] Brocchus, [i] ſenator, homo
eo ſplendore, ea virtute, qua omneis exiſti-
matis, nummos præter frumentum coactus
eſt dare. Veneriόne ſeruo, te prætore, talis
vir, ſenator populi Romani, quæſtui fuit?
Hunc ordinem ſi dignitate antecellere non
D exiſtimabas, ne hoc quidem ſciebas, iudi-
care? Antea cum equeſter ordo iudicaret, [k]
improbi, & rapaces magiſtratus in prouin-
ciis inſeruiebant publicanis: ornabãt eos, qui-
cunque in operis erant: quemcumque equi-
tem Romanum in prouincia viderant, bene-
ficiis, ac liberalitate proſequebantur: neque
tantum illa res nocentibus proderat, quan-
tum obfuit multis, cum aliquid contra vtili-
tatem eius ordinis, voluntatémque feciſſent.
Retinebatur hoc tum neſcio quomodo qua-
E ſi communi conſilio ab illis diligenter, vt,
qui vnum equitem R. contumelia dignum pu
taſſet, ab vniuerſo ordine malo dignus iudica
retur. Tu ſic ordinem ſenatorium deſpexiſti,
ſic ad iniurias, libidinéſq; tuas omnia coæqua
ſti: ſic habuiſti ſtatutũ [l] cum animo, ac delibe
ratũ, omneis[m], qui[n] habitarent in Sicilia, aut
qui Siciliã te prætore attigiſſet, iudices reiice-
re, vt illud non cogitares, tamen ad eiuſdem
ordinis homines te iudices eſſe venturum? in
F quibus, ſi ex ipſorum domeſtico incommodo
nullus dolor inſidêret: tamen eſſet illa cogita
tio, in alterius iniuria ſeſe deſpectos, dignita-
témque ordinis contemtã, & abiectam. quod
mehercule, iudices, mihi non mediocriter
ferendum videtur. *HABET enim quendam
aculeum contumelia, quem pati prudentes* [o], *ac
viri boni difficillimè poſſunt.* Spoliaſti Siculos. ſo-
lent enim multi eſſe in iniuriis ſuis prouin-
ciales. vexaſti negotiatores. inuiti enim Ro-
G mam, raróque decedunt [p]. Equites [q] R. ad
Apronij iniurias dediſti. quid enim iam no-
cere poſſunt, quibus non licet iudicare? Quid,
cùm ſenatores ſummis iniuriis afficis? quid a-
liud dicis, niſi hoc? cedo mihi etiam iſtum
ſenatorem: vt hoc ampliſſimum nomen ſe-
natorium non modò ad inuidiam imperito-
rum, ſed etiam ad contumeliam improbo-
rùm natum eſſe videatur. Neque hoc in vno
fecit Anneio [r], ſed in omnibus ſenatoribus:
H vt ordinis nomen non tantum ad honorem,
quantum ad ignominiã valeret. In C. Caſſio,

a L. liberumque tuor.
b L. contra omnia S. C. contraq. legem Rup.
c al. Phiunimes
d L. ac nobilis. Arabat is agrum conductũ in Seg. al. ac nobilis. Is agrum in Seg.
P. CLXVIII.
e L. (nam cõmercium in agro nemini eſt)
f L. LLS. VI. millib. Cùm pulſ.
g L. accidit LLS. XV. millib. & CIƆ. LIII.
h L. Anneius Brocchus,
i Furiæ gentis cognomen.*
k Lege Sempronia ante X. annos.*
l al. ſtatutũ animo.
m ſenatores.*
P. B.
n L. qui haberent in Sic.
o L. prudentes, ac viri b.
p fort. diſc.
q lib. vulg. Equitem R.
r L. Annęio.

viro clariſſimo & fortiſſimo, cùm is eo ipſo tempore, primo iſtius anno COS. eſſet, tanta improbitate vſus eſt, vt, cùm eius vxor, fæmina primaria, paternas haberet arationes in Leontino, frumentū [a] omne in decumas auferre [b] iuſſerit. Hunc tu in hac cauſa teſtem Verres, habebis: quoniam iudicem ne haberes, prouidiſti. Vos autem, iudices putare debetis, eſſe quiddam nobis inter nos commune, atque cōiunctum. multa ſunt impoſita huic ordini [c] munera, multi labores, multa pericula, nō ſolùm legum [d], ac iudiciorū, ſed etiam rumorum, ac temporum. Sic eſt *hic ordo quaſi propoſitus, atque editus in altum, vt ab omnibus vētis inuidiæ circunſtari poſſe videatur.* In hac miſera, & indigna conditione vitæ, ne hoc quidem retinebimus, iudices, vt magiſtratibus noſtris in obtinendo iure noſtro ne cōtemtiſſimi, ac [e] deſpectiſſimi eſſe videamur? ¶ *Thèrmitani* miſerunt, qui decumas emerēt agri ſui. Magni ſua putabant intereſſe, publicè potius quamuis magno emi, quàm in aliquem iſtius emiſſarium incidere. Appoſitus erat Venuleius quidam, qui emeret. Is liceri non deſtitit. illi, quoad videbatur ferri aliquo modo poſſe, contenderunt: poſtremò liceri deſtiterunt. addicitur [f] Venuleio tritici mo. VII. C. Legatus Poſſidorus renuntiat. Cùm omnibus hoc intolerandum videretur, tamen Venuleio dantur, ne accedat, tritici [g] mod. VI. præterea LLS. CIↃ. CIↃ. millia. ex quo facilè appâret, quæ merces decumani, quæ prætoris præda eſſe videatur. Cedo Thermitanorum mihi litteras, & teſtimonium. TABVLAE THERMITANORVM, ET TESTIMONIVM. ¶ *Acharenſes* [h] iam omni frumento ablato, iam omnibus iniuriis tuis exinanitos, tributum ferre, miſeros ac perditos, coegiſti: vt Apronio darent LLS. XX. millia. Recita decretum de tributis, & publicum teſtimonium. S. C. DE TRIBVTO CONFERENDO. TESTIMONIVM ACHARENSIVM. *Ennenſes*, cum decumæ veniſſent agri Ennēſis medimnûm [i] CIↃ. CIↃ. CIↃ. CC. Apronio coacti ſunt dare tritici [k] modiûm LXX. MMM. & LLS. III. millia. Quæſo attendite, quantus numerus frumenti cogatur ex omni agro decumano. nam per omneis ciuitates, quæ decumas debent, percurrit oratio mea: & in hoc genere nunc iudices, verſor, in quo non ſingillatim [l] aratores euerſis bonis omnibus ſunt, ſed publicè decumanis lucra data ſunt vt aliquando ex eorum agris, atque vrbibus, expleti, atque ſaturi cum hoc cumulo quæſtus decederent. ¶ *Calatinis* quamobrem imperaſti anno tertio, vt decumas agri ſui, quas Calatæ dare conſueuerant, Ameſtrati M. Cæſio decumano darent, quod neque ante te prætorem illi fecerant, neque tu ipſe hoc ita ſtatueras antea per biennium? ¶ Theomnaſtus Syracuſanus in *agrum Muticenſem* [m] cur abs te immiſſus eſt? qui aratores ita vexauit, vt illi in alteras decumas, id quod in aliis quoque ciuitatibus oſtendam, triticum emere neceſſariò, propter inopiam, cogerentur. ¶ Iam verò *ex Hyblenſium pactionibus* intelligetis, quæ [n] pactæ ſint cum decumano Cn. Sergio, ſexies tantum, quàm quantum ſatum ſit, ablatum eſſe ab aratoribus. Recita ſationes, & pactiones ex litteris publicis. Recita. PACTIONES HYBLENSIVM CVM VENERIO SERVO EX LITTERIS PVBLICIS. ¶ Cognoſcite item profeſſiones ſationum, & pactiones *Meneniorum* cum Venerio ſeruo. Recita ex litteris publicis. PROFESSIONES SATIONVM, ET PACTIONES MENENIORVM CVM VENERIO SERVO EX LITTERIS PVBLICIS. Patiemini, iudices, à ſociis, ab aratoribus populi Romani, ab iis, qui vobis laborant, vobis ſeruiunt, qui ita plebem Romanam ab ſeſe ali volunt, vt ſibi ac liberis ſuis tantum ſuperſit, quo ipſi ali poſſint: ab his, per ſummam iniuriam, per [a] ſummas contumelias, plus aliquanto ablatum eſſe, quàm natum ſit? ¶ Sentio, iudices, moderandum mihi eſſe iam orationi meæ, fugiendámque veſtram ſatietatē. non verſabor in vno genere diutiùs, & ita cetera de oratione mea tollam, vt [b] in [c] cauſa relinquam. Audietis Agrigentinorum, fortiſſimorum virorum, diligentiſſimorúmque [d] querimonias. cognoſcetis, iudices [e], Entellinorum [f] ſummi laboris, ſummæque induſtriæ, dolorem, & iniurias: Heraclienſium, Inciliēſium [g], Ætnenſium, Solentinorum incommoda proferentur: Catinenſium, locupletiſſimorum hominum, amiciſſimorúmque agros vexatos ab Apronio cognoſcetis: Tyndaritanam, nobiliſſimam ciuitatem, Cephaleditanam, Halentinam, Apolloniēſem, Eggynam, Capitinam, perditas eſſe hac iniquitate decumanorum intelligetis: Murgentinis, Aſſorinis, Elorinis, Ennenſibus, Letinis, nihil omnino relictum: Citarinos, Acherinos, paruarum ciuitatum homines, omnino abiectos eſſe, ac perditos: omneis denique agros decumanos per triennium populo Romano ex parte decuma, C. Verri ex omni reliquo vectigaleis fuiſſe: & pleriſque aratoribus nihil omnino ſuperfuiſſe: quibus quod [h] tum aut remiſſum, aut relictum ſit, id fuiſſe tātum, quantum ex eo, quo iſtius auaritia contenta fuit, redundarit. Duarum mihi ciuitatum reliquos feci agros, iudices, ferè optimos, ac nobiliſſimos, Ætnenſem, & Leontinum. Horum agrorum ego miſſos faciam quæſtus trienni: vnum annum eligam, quo faciliùs id, quod inſtitui, explicare poſſim. Sumam annum tertium, quòd & recentiſſimus eſt, & ab iſto ita adminiſtratus, vt, cùm ſe certè deceſſurum videret, non laboraret, ſi aratorem nullum in Sicilia omnino eſſet relicturus. Agri Ætnenſis, & Leontini decumas agemus. Attendite, iudices, diligenter. agri ſunt feraces: annus tertius: decumanus Apronius. ¶ *De Ætnenſibus* perpauca dicam. dixerunt enim ipſi priore actione publicè: memoria tenetis, Artemidorum Ætnenſem, legationis eius principem, publicè dicere, Apronium veniſſe Ætnam cum Veneriis: vocaſſe ad ſe magiſtratum: imperaſſe, vt in foro ſibi medio lecti ſternerentur: quotidie ſolitum eſſe non modò in publico, ſed etiā de publico conuiuari: cùm in eis conuiuiis ſymphonia caneret, maximiſque poculis miniſtraretur, retinere [i] ſolitum eſſe aratores, atque ab iis non modò per iniuriam, ſed etiam per contumeliam, tantum exprimi frumenti quātum Apronius imperaſſet. Audiſtis hæc, iudices, quæ nunc ego omnia prætereo, ac relinquo. Nihil de luxuria Apronij loquor, nihil de inſolentia [k], nihil de ſingulari nequitia, ac turpitudine: tantùm de quæſtu, ac lucro dicā vnius agri, & vnius anni, quo faciliùs vos coniecturā de triennio, & de tota Sicilia facere poſſitis. Sed mihi Ætnenſiū breuis eſt oratio.

a v.c. frumētum omne decumanos auferre iuſſ.
b al. auferri.*
c ſenatorio.*
d Legibus enim reperiuntur ſoli ſenatores tenebant Cicero pro Cluentio & Poſthumo. P. CLXIX.*
e L. ac deſpicatiſſimi eſſe vid.
f L. addicuntur Venuleio tritici mod. VIII. mill. b. Legatus Pharſidorus ren.
g L. tritici modii IↃC. & præterea LLS duo mil. a. ex q.
h al. Imachareñſes vt ſ. al. Macharenſes.*
i al. medimnum VIII. CC.
k L. tritici mod. XVIII. millia & LLS III mil. fort. medimnum XI & LLS. III. mill. P. B.
l al. ſingulatim. al. ſigillatim.*
m L. Murgenſem. al. Mutyenſem. & ita apud Plinium & Strabonem.*
n v.c. quæ factæ ſint.

a L. peracerbiſſimas cōtu
b L. vt in cauſa tamen relinquam.
c In cauſa relinquere non eſt intactum relinquere ſed ità de oratione aliquid tollere aut ſilentio verb. ſpreter mittere, vt tamen cætera accuſationis capita id maneat.* P. CLXX.
d L. diligentiſſimorumque & locupletiſſimorum aratorum querimon.
e L. vexi iudices abſ...
f L. Entellinorum hominum ſummi laboris.
g L. Gelenſium Solentinorum...
h L. quid aut remiſſum aut...
P. B.
i L. retinere ſolitos eſſe
k inſolentia al. nihil de promiſſa ab iſto licentia

oratio. ipſi enim venerunt: ipſi publicas litteras deportarunt. docuerunt vos, quid lucelli fecerit homo non malus, familiaris prætoris, Apronius. id, quæſo, ex ipſorum teſtimonio cognoſcite. Recita teſtimonium Ætnenſium. TESTIMONIVM AETNENSIVM. Quid ais? dic, dic, quæſo, clariùs, vt populus R. de ſuis vectigalibus, de ſuis aratoribus, de ſuis ſociis, atque amicis audiat. L[a]. MEDIMNA. Per deos immortaleis, vnus ager vno anno CCC. millia mod. tritici: & præterea LLS. L. Millia lucri dat Apronio? tantóne minoris decumæ venierunt, quàm fuerunt: an, cùm ſatis magno veniſſent, hic tantus tamen frumenti, pecuniæque numerus ab aratoribus per vim ablatus eſt? vtrum enim horum dixeris, in eo culpa & crimen hærebit. Nam illud quidem non dices, quod vtinam dicas, ad Apronium non perueniſſe tantum. ita te non modò publicis tenebo, ſed etiam priuatis aratorum pactionibus, ac litteris: vt intelligas, non te diligentiorem in faciendis furtis fuiſſe, quàm me in deprehendendis. Hoc tu feres? hoc quiſquam defendet? hoc hi, ſi aliter de te ſtatuere voluerint, ſuſtinebunt? Vno aduentu, ex vno agro, Qu. Apronium, præter eam, quam dixi, pecuniam numeratam, CCC. millia mod. tritici lucri nomine ſuſtuliſſe? Quid? hoc Ætnenſes ſoli dicunt? immò etiam Centuripini, qui agri Ætnenſis multo maximam partem poſſident: quorũ legatis, hominibus nobiliſſimis, Andtoni, & Arthemoni, ſenatus ea mandata dedit, quæ publicè ad ciuitatem ipſorum pertinebant. de iis iniuriis, quas ciues Centuripini non in ſuis, ſed in aliorum finibus acceperũt, ſenatus & populus Centuripinus legatos noluit mittere: ipſi aratores Centuripini, qui numerus eſt in Sicilia maximus, honeſtiſſimorum [b], & locupletiſſimorum, treis legatos, ciueis ſuos, delegerunt [c]: vt eorum teſtimonio non vnius agri, ſed propè totius Siciliæ calamitates cognoſceretis. arant enim tota Sicilia ferè Centuripini. & hoc in te grauiores, certioréſque teſtes ſunt, quòd ceteræ ciuitates ſuis ſolùm incommodis commouentur: Centuripini, quòd in omnibus ferè finibus habẽt poſſeſſiones, etiam ceterarũ ciuitatum damna ac detrimenta ſenſerunt. Verùm, vt dixi, ratio certa eſt Ætnenſium, & publicis, & priuatis litteris conſignata. ¶ Meæ diligentiæ penſum [d] magis *in*[e] *Leontino agro* eſt exigendum, propter hanc cauſam, quòd ipſi Leontini publicè nõ ſanè me multum adiuuerunt. neque enim eos, iſto prætore, hæ decumanorum iniuriæ læſerunt: potius [f] etiam adiuuerunt. Mirum fortaſſe hoc vobis, aut incredibile videatur, in tantis aratorum incommodis, Leontinos, qui principes rei frumentariæ fuerunt, experteis incommodorum, atque iniuriarum fuiſſe. hoc cauſæ eſt, iudices, quòd in agro Leontino, præter vnam Mnaſiſtrati familiam, glæbam Leontinorum poſſidet nemo. Itaque Mnaſiſtrati, hominis honeſtiſſimi, atque optimi viri teſtimonium, iudices, audietis [g]: ceteros Leontinos, quibus non modò Apronius in agris, ſed ne tempeſtas quidem vlla nocere potuit, exſpectare nolite. etenim non modò incommodi nihil ceperunt: ſed etiam in Apronianis illis rapinis, in quæſtu ſunt, compendióque verſati. Quapropter, quoniam me Leontina ciuitas, atque legatio, propter eam, quam dixi, cauſam,

a L.L. MEDIMNVM. LLS. MILLIA. P.

P. CLXXI.

b L. hominũ honeſtiſſim.
c al. delegarunt.*

d Metaphora à lampadiis aut potius laniſicis.*
e L. in agro Leontino
f L. potius etiam, iudices, adiuu.

P. B.
g L. audietis, cet.

A defecit: mihimet ineunda ratio, & via reperiẽda eſt, qua ad Apronij quæſtum, ſiue adeò, qua ad iſtius ingentem, immanémque prædã poſſim peruenire. Agri Leontini decumæ anno tertio venierũt tritici [a] medimnis XXXVI. hoc eſt, tritici mod. CCXVI. Magno, iudices, magno. neque enim hoc poſſum negare. itaque neceſſe eſt aut damnum, aut certè non magnum lucrum feciſſe decumanum. Hoc enim ſolet vſu venire iis, qui magno redemerunt. B Quid, ſi oſtendo, in hac vna emtione, lucri fieri tritici modios [b] C? quid, ſi CC? quid ſi CCC? Quid ſi CCCC? dubitatis etiam, cui iſta tanta præda quæſita ſit? Iniquum me eſſe quiſpiam dicet, qui ex lucri magnitudine coniecturam faciam furti, atque prædæ. Quid, ſi doceo, iudices, eos, qui CCCC. millia modiûm lucri faciunt, damnum facturos fuiſſe, ſi [c], vt tua iniquitas fuit, ſi tui ex cohorte recuperatores non intercederent? num quis poterit C in tanto lucro, tantáque iniquitate dubitare, quin [d] propter iniquitatem tam magnos quæſtus feceris? propter magnitudinem quæſtus improbus eſſe volueris? Quomodo igitur hoc aſſequar, iudices, vt ſciam, quantum lucri factũ ſit? nõ ex Apronij tabulis, quas ego cùm conquirerem, non inueni: & cùm in ius ipſum eduxi, expreſſi, vt conficere tabulas ſe negaret. Si mentiebatur: quamobrem remouebat, ſi hæ tabulæ nihil tibi erant D obfuturæ? Si omnino nullas confecerat litteras: ne [e] id quidẽ ſatis ſignificabat, illum non ſuum negotium geſſiſſe? ea eſt enim ratio [f] decumanorum, vt ſine plurimis litteris confici non poſſit. ſingula enim nomina aratorum, & cum ſingulis pactiones [g] decumanorum, litteris perſequi & conficere neceſſe eſt. Iugera profeſſi ſunt aratores omnes imperio, atque inſtituto tuo: non opinor quẽquam minus eſſe profeſſum, quàm, quanE tum araſſet, cùm tot cruces, tot [h] iudicia, tot ex cohorte recuperatores proponerentur. In [i] iugere agri Leõtini medimnũ ferè tritici ſeritur, perpetua, atque æquabili ſatione. ager [k] efficit, cum [l] octauo bene vt agatur: verùm, vt omnes dij adiuuent, cum decimo [m]. quod ſi quando áccidit, tum fit, vt tantum decumæ ſit, quantum ſeueris: hoc eſt, vt, quot iugera ſunt ſata, totidem medimna decumæ debeantur. Hoc cùm ita eſſet: primùm illud dico, F pluribus millibus medimnûm veniſſe decumas agri Leontini, quàm quot millia iugerûm ſata erant in agro Leontino. Quòd ſi fieri non poterat, vt plus quàm decem medimna ex [n] iugere ararẽt: medimnum autem ex iugere decumano dari poterat, cùm ager, id quod perrarò éuenit, cum decumo extuliſſet: quæ erat ratio decumani, ſi quidem decumæ, ac non bona veniebant [o] aratorum, vt pluribus aliquanto medimnis decumas emeret, G quàm iugera erant ſata? In Leontino iugerûm ſubſcriptio, ac profeſſio, nõ [p] eſt plus XXX. Decumæ XXXVI. medimnis venierunt. Errauit, an potius inſaniuit Apronius? immò tum inſaniſſet, ſi aratoribus, quod deberent, licitum eſſet: & non, quod Apronius imperaſſet, neceſſe fuiſſet dare. Si oſtendo, minus tribus medimnis in iugerũ neminem dediſſe decumæ [q]: concedes, opinor, vt [r] cum decumano fructus arationis perceptus ſit, neminẽ minus H tribus decumis dediſſe. Atque [s] hoc in beneficij loco petitum eſt ab Apronio, *vt* [t] *iugera*

a L. tritici medimnum XXXVI. millib. hoc eſt, trit. mod. CCXVI. millib. M.

b L. modium c, milliae

c L. ſi tua iniquitas, ſi tui ex coh. rec.
d L. quin propter iniquitatem tuam tã magn.

e *L.* ne id quidem ſatis ſignificat, illum P. CLXXII. tuum, nõ ſuũ negot.
f *lib. vulg* ratio decumarũ || Rationes decumanorũ vti fierent,*
g *lib. vulg.* pactiones decumarum,
h *L.* tot ſupplicia, tot ex
i *L.* In iugero agri *L.*
k *L.* ager efficit cum octauo, bene vt agatur.
l Prouẽtus agrorum frumentariorũ apud Leontinos quis.*
m L. decumo *& ita v.c.*
n L. ex iugero exararent med. autẽ ex iugero d.
o *L.* venibãt
p *L.* non eſt plus, quam XXX. mil um. Decumę XXXVI. mill b. medimnum venier. || & ita paulo apertius infra legitur.*
q *al.* decumanum nomine.*
r L. vt cum decumo f. || *id eſt* cum decima parte fructuum.*
s *VL.* Atqui hoc.
t *L.* vt in iugera ſingula tern.

P. B.

*ſingula ternis medimnis decidere liceret.* Nā cùm
à multis quaterna, etiam quinā exigerentur:
multis autem non [a] ſolùm granum vllum, ſed
ne paleæ quidem ex omni fructu, atque ex
annuo labore relinquerentur: tum aratores
Centuripini, qui numerus in agro Leontino
maximus eſt, vnum in locum conuenerunt:
hominem ſuæ ciuitatis in primis honeſtum,
ac nobilem, Andronem Centuripinum, legarunt ad Apronium, eundem, quem hoc tempore ad hoc iudicium, legatum, & teſtem Cé-
turipina ciuitas miſit: vt is apud eum cauſam
aratorum ageret, ab eóque peteret, *vt ab aratoribus Centuripinis ne amplius in iugera ſingula, quàm terna medimna exigeret.* Hoc vix ab
Apronio in ſummo beneficio, pro iis, qui etiam tum incolumes erant, impetratum eſt.
id cùm impetrabatur, hoc videlicet impetrabatur, *vt pro ſingulis decumis, ternas decumas dare liceret.* Quòd ſi tua res non ageretur, à
te potius poſtularent, ne ampliùs, quàm ſingulas, quàm ab Apronio, vt ne plus, quàm ternas decumas darent. Nunc, vt hoc tempore
ea, quæ regiè, ſeu potius tyrannicè, ſtatuit in
aratores Apronius, prætermittam: neque eos
appellem [b], à quibus omne frumentum eripuit, & quibus nihil non modò de fructu, ſed
ne de bonis quidem ſuis réliqui fecit: ex his
ternis medimnis (quod beneficij, gratiæq; cauſa conceſſit) quid lucri fiat, cognoſcite. Profeſſio [c] eſt agri Leōtini ad iugerûm XXX. millia.
Hęc ſunt ad tritici medimna [d] XC. id eſt, tritici
mod. DXL. millia. deductis tritici mod. CCXVI.
millibus quanti decumæ venierunt, reliqua
ſunt tritici CCCXXII. millia. adde totius ſummæ IↃXL. millium modiûm treis quinquageſimas, id eſt, tritici mod. XXXII. millia,
CCC. ab omnibus enim ternæ præterea quinquageſimæ exigebantur. Sunt [e] hæc iam ad
LLS. CCCXL. mod. tritici. At ego CCCC. millia
lucri facta eſſe dixeram. non enim duco in
hac ratione, eos, quibus ternis medimnis non
eſt licitum decidere. Verùm, vt hac ipſa ratione ſummam mei promiſſi compleam, ad
ſingula medimna multi [f] LLS. duo, multi
LLS. quinque acceſſionis cogebātur dare: qui
minimum, ſingulos nummos. hoc minimum
vt ſequamur, quoniā XC. medimnûm millia
duximus, accedant eò nouo, peſſimóque exemplo LLS. XC. millia. Hic mihi etiam dicere audebit, magno ſe decumas vendidiſſe,
cùm ex eodem agro, dimidio plus ipſe abſtulerit, quàm populo Ro. miſerit? CCXVI. modiûm millib. decumas agri Leontini vendidiſti. ſi ex lege, magno: ſi, vt lex eſſet libido
tua, paruo: ſi, vt, quæ dimidiæ eſſent, decumæ
vocarentur: paruo vendidiſti. multo enim
pluris fructus annui Siciliæ venire potuerunt,
ſi id te ſenatus, aut populus Ro. facere voluiſſet. etenim ſæpe decumæ tanti venierunt, cùm
lege Hieronica venirent, quanti nunc lege
Verréa venierunt. Cedo mihi C. [g] Norbani
decumas venditas. C. NORBANI DECVMAE
VENDITAE AGRI LEONTINI. Atque [h] tum
neque iudicium de modo iugerum dabatur:
neq; enim erat Artemidorus Cornelius recuperator: neq; ab aratore magiſtratus Siculus tā
tum exigebat, quantum decumanus ediderat:
nec [i] beneficium petebatur à decumano, vt in
iugera ſingula ternis medimnis decidere liceret: nec nummorum acceſſionē [k] cogebatur
arator dare, nec ternas quinquageſimas fru-

a L. non modo granum nullum, ſed na pal. & ita v. c.

b L. appellē, quibus omne

c Agri Leontini profeſſio & decumæ.

d L. medimnum XC. millia id eſt, tritici mod. IↃ. XXX. millia.

d L. ſunt hæc iam ad tritici modium ccclvt. millia cccc.

f L. multis LLS. binos, multi LLS: ſingulos, & ſemiſſ. acceſſionis cog.

g Caius hic Norbanus, Prætor fuit Siciliæ in cuius aureo nū mo, C. Norbanus PR. S C. In argenteo faſces, ſpica, & prora ſignata ſunt ad indicandam P. CLXXIII. eius Præturam Sicilienſem.*

h L. Atqui t.

i al. neq. beneficium p.

k Acceſſiones nummorum vocat, bina illa vel terna millia nummū quæ per Aproniū Verres exigebat à decumanis, cum alicuius agri decumas venderet: quam pecuniam decumani ipſi à miſeris aratoribus poſtea exprimebant. Hanc ipſam pecuniam poſtea corollarium nummorum vocat. Verris ratio potuit forte colorari hoc ipſo quòd legimus ſuper annuā mercedem, quinquennio quoque, à cōductoribus priuatorum aliquid amplius poſitū l. 7. § ex ſe 7. ff ſoluto matrimonio

A menti addere: & tamen populo R. magnus
frumenti numerus mittebatur. Quid verò iſtę
ſibi quinquageſimæ, quid porrò nummorum
acceſſiones volunt? quo id iure, atq; adeò quo
id potius ore feciſti? nummos dabat arator.
quomodo? aut vnde? qui, ſi largiſſimus eſſe
vellet, cumulatiore menſura vteretur, vt antea ſolebant [a] facere in decumis, cùm æqua
lege, & conditione venibant. Is nummum dabat. Vnde? de frumento? quaſi habuiſſet, te
B prætore, quod venderet. De viuo igitur erat
aliquid reſecandum, vt eſſet, vnde Apronio
ad illos fructus arationum hoc corollarium [b]
nummorum adderetur. Iam id porrò vtrùm
libentes, an inuiti dabant? libentes? amabant,
credo, Aproniū. inuiti? qua re, niſi vi, & malo cogebantur? Iam iſte, homo amentiſſimus,
in vendundis decumis nummorum [c] faciebat
acceſſiones ad ſingulas decumas: neque multum: bina [d], aut terna millia addebat. fiunt per
C triennium LLS. fortaſſe IↃ. millia. Hoc neq;
exemplo cuiuſquam, neq; vllo iure fecit: neq;
eam pecuniam retulit: neque hoc paruum crimen quemadmodum defenſurus ſit, homo
quiſquam vmquam excogitauit. Quod cùm
ita ſit, audes dicere, te magno decumas vendidiſſe, cùm ſit perſpicuum, te bona, fortunáſque aratorum, non populi R. ſed tui quæſtus cauſa, vendidiſſe? VT, ſi quis villicus ex
eo fundo, qui [e] LLS. dena meritaſſet [f], exciſis arboribus ac venditis, demtis tegulis, inſtrumento, pecore ablienato, domino XX. millia
nummûm pro X. miſerit: ſibi alia præterea
centum confecerit: primò dominus, ignarus
incommodi ſui, gaudeat, villicóque delectetur, quod tanto ſibi plus mercedis ex fundo refectum [g] ſit: deinde, cùm audierit, eas res, quibus fundi fructus, & cultura continētur [h], amotas & venditas: ſummo ſupplicio villicum
afficiat, & ſecum malè actum putet: item [i]
populus R. cùm audit, pluris decumas vendidiſſe C. Verrem, quàm innocentiſſimum ho-
E minem, cui iſte ſucceſſit, C. Sacerdotem, putat
ſe bonum in arationibus, fructibúſque ſuis
habuiſſe cuſtodem ac villicum. cùm ſenſerit,
iſtum omne inſtrumentum aratorum, omnia
ſubſidia vectigalium vēdidiſſe, omnem ſpem
poſteritatis auaritia tua ſuſtuliſſe, arationes &
agros vectigaleis vaſtaſſe, atque exinaniſſe:
ipſum maximos quæſtus, prædáſque feciſſe:
intelliget ſecum actum eſſe peſſimè: iſtum
F autem ſummo ſupplicio dignum exiſtimabit.
Vnde ergo hoc intelligi poteſt? ex hoc maximè, quòd ager decumanus prouinciæ Siciliæ
propter iſtius auaritiam deſertus eſt. neque [k]
id ſolum actum eſt, vt hi minus multis iugis
arent, ſi qui in agris remanſerunt [l]: ſed etiam,
vt permulti locupletes homines, magni & nauí aratores, agros latos [m], ac fertileis desererent, totáſque arationes derelinquerent. Id adeò ſciri facillimè poteſt ex litteris publicis ci-
G uitatum, propterea quod lege Hieronica numerus [n] *aratorum* [o] quotannis apud magiſtratus
publicè ſubſcribitur. Recita tandem, quot acceperit aratores agri Leontini Verres. OCTOGINTA TREIS. quot anno tertio profiteantur. TRIGINTA DVO. Vnum & quinquaginta aratores ita video deiectos [p], vt his ne vicarij quidem ſucceſſerint. Quot aratores, adueniente te, fuerūt agri Muticenſis [q], videamus
H ex litteris publicis. CENTVM OCTOGINTA
OCTO. Quid? anno tertio? CENTVM ET VNVS.

P. 8.

a Aratores in decumis, cum æqua lege venibant, cumulatiore menſura vti conſueuerāt interdum etiam munus dare.*

b Corollarium Gloſſ. ὀπιςεφάνωμα quod pro coronis datur quale Athenis victoribus dabatur. l. 5. quid ſit pignori, ubi dixi.*

c LLS. nummum ſ.

d L. bina aut terna millia nummûm ad deb.

e L. qui ſeſter. tia dena meritaſſet. al. cui LLS. dena merces eſſet.

f Meritare fundus Siculis dicitur, ex quo merces, fructus & prouentus preſtatur.*

g al. effectum ſit. al. receptū ſit.

h al. contineatur.

i al. ea.

P. CLXXIII.

k L. neq. id ſolum accidit, vt in minus multis iugis ararent, ſi qui &c.

l ſort. remanſerant.

m al. lætos

n Aratorum numerus quotannis apud magiſtratus Siciliæ ſubſcribebatur: vt quot quo in agro eſſent, ex eo conſtaret.*

o Aratores deiectis vere.*

p ſort. eiectos.

q L. Mugenſis, al. Mutienſis.

NVS. Octoginta ſeptem aratores vnus ager
iſtius iniuria deſiderat: atque adeò noſtra
reſp. quoniã illa populi Rom. vectigalia ſunt,
hunc tot patrumfamiliâs numerũ deſiderat,
& repoſcit. Ager Herbitenſis primo anno ha-
buit aratores ducentos, quinquaginta [a] ſeptẽ,
tertio cẽtum viginti. hinc centum triginta ſe-
ptem patres familiâs extorres profugerunt.
Agyrinenſis ager, quorum hominum! quàm
honeſtorum! quàm locupletum! [b] ducentos
quinquaginta aratores habuit primo anno
prætura tuæ. Quid tertio anno? octoginta, quẽ-
admodum legatos Agyrinenſeis recitare ex
publicis litteris audiſtis. Prò dii immortales! ſi
ex prouincia tota centum ſeptuaginta eiecíſ-
ſes, poſſeſne, ſeueris iudicibus, ſaluus eſſe? V-
nus ager Agyrinenſis centum ſeptuaginta ara
toribus inanior cùm ſit, vos coniecturam to-
tius prouinciæ non [c] facietis? Atque hoc perę-
què in omni agro decumano reperietis: qui-
bus aliquid tamen réliqui fuerit ex magno
patrimonio, eos in agris minore inſtrumẽto,
minus [d] multis iugis, minores [e] remanſiſſe,
quòd metuebant, ſi [f] receſſiſſent, ne reliquas
fortunas omneis amitterent: quibus autem
iſte nihil reliqui, quod perderent, fecerat, eos
planè non ſolùm ex agris, verùm ex ciuitati-
bus ſuis profugiſſe. Illi ipſi, qui remanſerant,
vix decuma pars aratorum, relicturi agros o-
mnes erãt, niſi ad eos Metellus Roma litteras
miſiſſet, *ſe* [g] *decumas lege Hieronica vendituruũ*,
& niſi ab iis hoc petiuiſſet, *vt ſererent quàm
plurimum:* quod illi ſemper ſua [h] cauſa fece-
rant, cùm eos nemo rogaret, quamdiu intelli-
gebant, ſeſe ſibi, & populo R. non Verri & A-
pronio ſerere, impéndere, laborare. Iam verò,
iudices, ſi Siculorum fortunas negligitis: ſi,
quemadmodum ſocij populi R. à magiſtra-
tibus noſtris tractentur, non laboratis: at vos
communem populi R. cauſam ſuſcipite,
atque defendite. Eiectos [i] aratores eſſe dico:
agros vectigaleis vexatos, atque exinanitos à
Verre: populatam, vexatámque prouinciam:
hæc omnia doceo [k] ciuitatum, & priuatis
primariorum virorum teſtimoniis. Quid
vultis amplius? num exſpectatis, dum L. Me-
tellus is, qui multos in iſtum teſteis imperio
& poteſtate deterruit, idem abſens de iſtius
ſcelere, improbitate, audacia teſtimonium
dicat? non opinor. At is optimè, qui ſucceſſit
iſti, potuit cognoſcere. Ita eſt: verùm amici-
tia impeditur. At debet nos certiores facere,
quo pacto ſe habeat prouincia. Debet: ve-
rumtamen non cogitur. ¶Num quis *in Ver-
rem L. Metelli* [l] *teſtimonium* requirit? nemo.
num quis poſtulat? non opinor. Quid ſi teſti-
monio L. Metelli, ac litteris hæc omnia vera
eſſe docebo? quid dicetis? vtrùm Metellum
falſum ſcribere? an amicum lædendi eſſe cu-
pidum? an prætorem, quemadmodum prouin
cia affecta ſit, neſcire? Recita litteras L. Me-
telli, quas ad Cn. Pompeium, & M. Craſſum
COS. quas ad [m] M. Mummium prætorem,
quas ad [n] quæſtores vrbis miſit. EPISTOLA
L. METELLI. DECVMAS FRVMENTI
LEGE HIERONICA VENDIDI. Cùm ſcri-
bit, ſe lege Hieronica vendidiſſe, quid ſcribit?
ita ſe vendidiſſe, vt omnes, præter Verrem.
cùm ſcribit ſe lege Hieronica vendidiſſe,
quid ſcribit? ſe per iſtum erepta Siculis maio-
rum noſtrorum beneficia, ius ipſorum, con-
ditionem ſocietatis, amicitiæ, fœderum red-

[a] L. LIS. tertio c. XX. Hinc c. XXX- II. patr.
[b] L. locupletium!
P. B.
[c] al. nonne facietis? Atqui hoc
[d] L. minus multis iugis remanſiſſe,
[e] al. timore al. minore fa milia.*
[f] L. ſi diſceſſiſſent, ne rel
[g] lib. vulg. decumas lege H. ſe
[h] v. c. ſui cauſa
[i] al. Deiectos
[k] L. docebo litteris, ciuitatum, oſtendam teſtimoniis & publicis honeſtiſſimarum ciuitatum, & priuatis primariorum virorum. Quid vultis &c. & ita v. c. ‖ al. doceo litteris publicis honeſtiſſimarum ciuitatum & priuatis.*
[l] Epiſtolis Metelli Verrem conuincit.* P. CLXXV.
[m] al. ad M. Nummium pr.
[n] L. ad quæſtores vrbanos m.

A didiſſe. dicit, quanti cuiuſque agri decumas
vendiderit. deinde quid ſcribit? Recita de e-
piſtola reliqua. SVMMA [a] DATA EST O-
PERA A ME, VT QVAM PLVRIMO DE-
CVMAS VENDEREM. Cur igitur, Metelle,
non ita magno vendidiſti? quia deſertas ara-
tiones, inaneis agros, prouinciam miſeram,
perditámque offendi. Quid? id ipſum, quod
ſatum eſt, qua ratione quiſquam, qui ſere-
ret, inuentus eſt? Recita litteras. LITTERAE.
B ait ſe miſiſſe, & [b] confirmaſſe, ſuam interpo-
ſuiſſe auctoritatem. tantum quòd aratoribus
Metellus obſides dedit [c], ſe nulla in re Ver-
ri ſimilem futurum. At quid eſt tandem, in
quo ſe laboraſſe dicat? Recita. VT ARATO-
RES, QVI RELIQVI ERANT, QVAMPLV-
RIMVM SERERENT. Qui [d] reliqui? quid
hoc eſt? réliqui? quo ex bello? qua ex vaſtitate?
quænam in Sicilia tanta clades, aut quod
bellum tam diuturnum, tam calamitoſum, te
C prætore, verſatum eſt, vt is, qui tibi ſucceſſe-
rit, reliquos aratores collegiſſe, & recreaſſe vi-
deatur? Cùm bellis Karthaginienſibus Sici-
lia vexata eſt, & [e] poſt noſtram, patrúmque
memoriam, cùm bis in [f] ea prouincia ma-
gnæ fugitiuorum copiæ verſatæ ſint: tamen
aratorum internecio [g] facta nulla eſt. tum, ſe-
mente prohibita, aut meſſe amiſſa, fructus
annuus interibat: tamen incolumis numerus
manebat dominorum, atque aratorum.
D tum, qui M. Leuinio, aut P. Rupilio, aut
M.' Aquillio prætoribus in eam prouinciam
ſucceſſerant, aratores reliquos non collige-
bant. Tantóne plus Verres cum Apronio
prouinciæ Siciliæ calamitatis importauit,
quàm aut Haſdrubal cum Pœnorum exerci-
tu, aut Athenio [h] cum fugitiuorum maximis
copiis, vt temporibus illis ſimulatque hoſtis
ſuperatus eſſet, ager araretur omnis, neque a-
ratori prætor per litteras ſupplicaret, neque
E eum præſens oraret, vt quàm plurimùm ſere-
ret: nunc autem, ne poſt abitum quidem hu-
ius importuniſſimæ peſtis, quiſquam reperi-
retur, qui ſua voluntate araret? pauci eſſent
réliqui, qui L. Metelli auctoritate in agros,
atque ad ſuum larem familiarem redirent?
His te litteris, homo audaciſſime, atque a-
mentiſſime, iugulatum [i] eſſe non ſentis? non
vides, cùm is, qui tibi ſucceſſit, aratores reli-
quos appellet [k], hoc eum diſertè ſcribere, re-
F liquos hos eſſe, non ex bello, neque ex aliqua
huiuſmodi calamitate, ſed ex tuo ſcelere, im-
portunitate, auaritia, crudelitate? Recita ce-
tera. TAMEN PRO EO, VT TEMPORIS
DIFFICVLTAS, ARATORVMQVE PAE-
NVRIA TVLIT. Aratorum, inquit, pænuria.
Si ego accuſator toties de re eádem dicerem,
vererer, ne animos veſtros offenderem, iudi-
ces. Clamat Metellus: niſi litteras miſiſſem.
non eſt ſatis. Niſi præſens confirmaſſem. ne
G id quidem ſatis eſt. Reliquos, inquit, arato-
res. reliquos? propè lugubri verbo calamita-
tem prouinciæ Siciliæ ſignificat. addit, Arato-
rum pænuria. Exſpectate [l] etiam, iudices, ſi po-
teſtis, auctoritatẽ accuſationis meæ. dico ara-
tores iſtius auaritia eiectos [m]: ſcribit Metellus,
reliquos ab ſe eſſe confirmatos. dico agros
relictos, arationéſque deſertas eſſe: ſcribit Me
tellus aratorum eſſe pænuriam. hoc cùm ſcri-
bit, illud oſtendit, deiectos [n], eiectos, fortunis
H omnibus expulſos eſſe populi R. ſocios, atque
amicos. quibus ſiqua calamitas propter

[a] v. c. Summa vi data eſt à me opera, vt q.
[b] L. & præſentem confirmaſſe.
[c] L. non dedit, ſe nulla in re &c.
P. B.
[d] al. Quid réliqui.
[e] L. & poſt noſtra, patrúmque memoria, al. & noſtra patrúmque memoria,
[f] L. in eádẽ pr.
[g] L. interitio ‖ & ita legitur apud Nonium cap. 3. in Interitione.
[h] de quo & & lib. 2.*
[i] al. iugulatum non ſentis.*
[k] L. appellat P. CLXVII.
[l] L. Exſpectate etiam iudices, exſpectate, ſi pot.
[m] al. deiectos:
[n] al. deiectos, fortunis omn. & ita v. c.

iſtum,ſaluis vectigalibus noſtris,accidiſſet, animaduertere in eum vos oportebat:præſertim cùm ea lege iudicaretis, quæ ſociorum cauſa eſſet conſtituta.cùm verò perditis, profligatíſque ſociis,vectigalia populi R.ſint [a] deminuta:res frumentaria,commeatus,copię,ſalus vrbis,atque exercituum noſtrorum in poſteritatem iſtius auaritia interierit: ſaltem [b] commoda populi R.reſpicite,ſi ſociis fideliſſimis proſpicere non laboratis.Atque, vt intelligatis,ab iſto,præ lucro,prædáque præſenti,nec vectigalium, nec poſteritatis habitam eſſe rationem:cognoſcite,quid ad extremum ſcribat Metellus. IN RELIQVVM TEMPVS VECTIGALIB.PROSPEXI.In reliquum tempus ait ſe vectigalib.proſpexiſſe. nō ſcriberet, ſe vectigalibus proſpexiſſe,niſi hoc vellet oſtendere,te vectigalia perdidiſſe. Quid enim erat, quod vectigalibus proſpiceret Metellus in decumis,& in tota re frumentaria, ſi iſte non vectigalia populi R.ſuo quæſtu peruertiſſet?Atque ipſe Metellus, qui vectigalib.proſpicit,qui reliquos aratores colligit,quid aſſequitur,niſi hoc,vt arent,ſi qui poſſunt,quibus arattrum ſaltem aliquod ſatelles iſtius Apronius reliquum fecit: qui tamen in agris ſpe, atque exſpectatione Metelli remanſerunt? Quid ceteri Siculi?quid ille maximus numerus aratorum, qui non modò ex agris eiecti ſunt,ſed etiam ex ciuitatibus ſuis, ex prouincia,denique bonis,fortuníſque omnibus ereptis, profugerunt?qua ratione ij reuocabuntur?quot prætorum innocentia, ſapientiáque opus eſt,vt illa aratorum multitudo aliquando in ſuis agris,ac ſedibus collocetur? ¶Ac[c], ne miremini,tantam multitudiné profugiſſe, quantã ex litteris publicis,aratorúmque profeſſionibus cognouiſtis:ſcitote,tantam acerbitatem iſtius, tantum ſcelus in aratores fuiſſe, incredibile dictu eſt,iudices:ſed & factum,& tota Sicilia peruulgatum,vt homines,propter iniurias,licentiámque decumanorum, *mortem ſibi ipſi conſciuerint* [d].Centuripinum Dioclem,hominem locupletem, ſuſpendiſſe ſe conſtat,quo die ſit ei nuntiatum, Apronium decumas redemiſſe.Dyrrachinum [e],primum ciuitatis eadem ratione mortem oppetiſſe dixit apud vos homo nobiliſſimus, Archonidas Elorinus,cùm audiſſet tantum decumanũ profeſſum eſſe ex edicto iſtius ſibi deberi, quantum ille bonis ſuis omnibus efficere [f] non poſſet. Hæc tu, tametſi omnium hominum diſſolutiſſimus, crudeliſſimúſque ſemper fuiſti,tamen numquã perpeterere,quod[g] illi gemitus, luctúſque prouinciæ ad tui capitis periculum pertinebant [h]: non, inquam, perpeterere, vt homines iniuriæ tuæ remedium [i] morte,ac ſuſpendio quærerent,niſi ea res ad quæſtum,& ad prædam tuam pertineret. ¶Quid [k]? illud perpeterere? *attendite* iudices. omnibus enim neruis mihi contendendum eſt,atque in hoc laborandum, vt omnes intelligant,quàm improbam,quàm manifeſtam,quàm confeſſam rem pecunia redimere conentur [l].Graue crimen eſt hoc,& vehemens,& poſt hominum memoriam,iudiciáque de pecunijs repetundis conſtituta,grauiſſimum,prætorem populi R.ſocios habuiſſe decumanos.Non[m] hoc nunc primùm audit priuatus de inimico,reus ab accuſatore. iam antea in ſella ſedens prætor,cùm prouinciam Siciliam obtineret,cùm ab omnibus non ſolùm,(id quod commune eſt) propter imperium,ſed etiam, (id quod iſtius præcipuum eſt), propter crudelitatem metueretur, millies audiuit,cùm eius animum ad perſequendum non negligentia tardaret, ſed conſcientia ſceleris,auaritiæque ſuæ frenaret [a]. *Loquebantur* enim *decumani palàm*, & præter ceteros is,qui apud iſtum plurimùm poterat,maximóſque agros populabatur,Apronius: perparum ex illis magnis lucris ad ſeſe peruenire: prætorem eſſe ſocium. Hoc cùm palàm decumani tota prouincia loquerentur, tuúmque nomen in re tam turpi, nefariáque interponerent:nihílne tibi venit in mentem exiſtimationi tuæ conſulere? nihil denique capiti,ac fortunis tuis prouidere? cùm tui nominis terror in auribus,animíſque aratorum verſaretur: cùm decumani aratoribus ad pactiones faciendas, non ſuam vim, ſed tuum ſcelus, ac nomen opponerent: ecquod iudicium Romæ tam diſſolutum, tam perditum, tam nummarium fore putaſti, quo ex iudicio te vlla ſalus ſeruare poſſet? cùm planum fieret,decumis contra [b] inſtituta legis, conſuetudinémque omnium venditis, in aratorum bonis, fortuniſque diripiendis decumanos dictitaſſe tuas eſſe parteis,tuam rem,tuã prædam:ídque [c] te tacuiſſe &,cùm diſſimulare non poſſes,potuiſſe tamen perpeti,& perferre,quòd magnitudo lucri obſcuraret periculi magnitudinem, plúſque aliquanto apud te pecuniæ cupiditas, quàm iudicij metus poſſet?Eſto.cetera negare non poteſ, ne illud quidem tibi reliquum [d] feciſti,vt hoc poſſes dicere,nihil eorum te audiſſe, nihil ad tuas aureis de infamia tua perueniſſe. Querebantur cum luctu, & gemitu aratores. Tu id neſciebas?Fremebat tota prouincia. nemo id tibi renuntiabat? Romæ querimoniæ de tuis iniuriis,conuentúſque habebantur.ignorabas hæc?ignorabas hæc omnia? quid? cùm palàm Syracuſis, te audiente, maximo conuentu P.Rubrius [e] Qu.Apronium ſponſione [f] laceſſiuit, *Ni Apronius dictitaret, te ſibi in decumu eſſe ſocium*:hæc te vox non perculit? non perturbauit? non, vt capiti, & fortunis tuis proſpiceres,excitauit?Tacuiſti:ſedaſti [g] etiam liteis illorum:& ſponſio illa ne fieret, laboraſti. Prò, dij immortales! hoc aut innocens homo perpeti potuiſſet, aut quamuis nocens, qui modò iudicia Romæ fore putaret, non [h] aliqua ſe ſimulatione populi R. exiſtimationi hominum vindicaſſet [i]?Quid eſt hoc?ſpōſio fit de capite, ac fortunis tuis. tu ſedes, & quieſcis? non perſequeris? non perſeueras? non perquiris,cui dixerit Apronius? quis audierit? vnde hoc natum, quemadmodum prolatum ſit? Si quis tibi ad aurem acceſſiſſet,& dixiſſet,Apronium dictitare,te ſibi eſſe ſocium:commoueri te oportuit,vocare [k] Aproniũ,nec illum antè tibi ſatisfacere, quàm tu omnium exiſtimationi ſatisfeciſſes. cùm verò in foro celeberrimo, tanta frequentia, hoc,verbo & ſimulatione, Apronio:re vera, tibi obiectum eſſet: tu vmquam tantam plagam tacitus accipere potuiſſes,niſi hoc ita ſtatuiſſes:in re tam manifeſta quidquid [l] dixiſſes,te deterius [m] eſſe facturum?Quæſtores,legatos,præfectos ſuos, tribunos,multi miſſos fecerunt,& de prouincia decedere iuſſerunt,

Margin, left column: a al.ſint diminuta, — b al. ſaltem commoda veſtra reſpic. — P. B. — c Effectis iniurias Verris probat.* — d al. conciuerint. — e v.c. Tiracinum,& ita L. — f al. reficere.* — g L.qu'd illæ gemitus, — h L. pertinebat. — p CLXXVII — i fort.remedium à morte, ac ſuſpendio q — k 5. Societatem cum decumanis obijcit Verri eamque multis probat.* — l L. conetur. — m L. Non nunc primũ audit hoc pr

Margin, right column: a L.refrenaret. — b L.contra inſtituta, leges, conſuet. — c L. id te tacuiſſe, &,cũ diſſ. — d v.c. reliqui — e L. L.Rubrius — f Sponſionibus ſe inuicem,qui contendebant, prouocare conſueuerãt, ſiue actionibus ſiue interdictis experturi eſſent: cuiuſmod ſponſiones ab hac particula, Ni incipiebant *vt hic.& in Piſonem.* Ni P. B. Eſquilina introiiſſet. *ſic Verrina de ſuppliciis.* Ni furtis queſtũ faceret,& 7. *famil.*21. Ni bonorũ Turpillię poſſeſſionem Q.Cępio prætor ex edicto ſuo mihi dedit: & paulo poſt, hac *oratione.* Ni te Apronius in decumis ſocium eſſe dicat & 3. *offic.* Ni vir bonus eſſet. & *pro Cæcina.* Ni Cæcina reſtitutus ex edicto Prætoris eſſet & *ibidem.* Ni aduerſus edictum Prætoris vis facta eſſet & *pro Quintio.* Ni bona ſua ex edicto P. Burrieni Prætoris dies 30. poſſeſſa eſſent 13. *Gell.* 2. Ni vir melior eſſet Gellius, quàm Titius orat. 1. Ni corpore quæſtum factitaſſet Simile quiddã erat, Sacramento contendere: de quo dixi 7. familiar.33.* — g v.c.ſedaſti etiam litis ill.

h *L.*non aliqua ſimulatione exiſtimationi ſe hominum venditaſſet. i *al.*venditaſſet vt ſ.* k *L.*euocare Apr. l *al.*quidquid dixiſſet. m *al.* deteriorem.*

quòd

quòd eorum culpa ſe minus commodè audire arbitrarentur, aut quod peccare illos aliqua in re iudicarent. Tu Apronium, hominem vix liberum, contaminatum, perditum, flagitioſum: qui non modò animum integrum, ſed ne animam quidem puram conſeruare potuiſſet, eum [a] in tanto tuo dedecore profectò, ne verbo quidem grauiore appellaſſes: neque apud te tam ſancta religio ſocietatis fuiſſet, vt tui capitis periculum negligeres, niſi rem tam notam eſſe omnibus, & tam manifeſtam videres. Cum eodem Apronio poſtea P. Scandilius, eques Rom. quem vos omnes noſtis, eandem ſponſionem de ſocietate fecit, quam Rubrius facere voluerat. Inſtitit, oppreſſit, non remiſit; facta eſt ſponſio LLS. V. millib. cœpit Scandilius recuperatores, aut iudicem poſtulare. Satíſne vobis prætori improbo circumdati cancelli [b] videntur in ſua prouincia [c]: immò verò in ſella, ac tribunali: vt aut de ſuo capite iudicium fieri patiatur, præſens, ac ſedens: aut confiteatur, ſe omnibus iudiciis conuinci neceſſe eſſe? Sponſio [d] eſt, *ni te Apronius in decumis ſocium eſſe dicat*: prouincia tua eſt: ades: abs te iudicium poſtulatur. Quid facis? quid decernis? Recuperatores dicis te daturum. bene agis: tametſi qui erunt tantis ceruicibus recuperatores, qui audeant in prouincia, cùm prætor adſit, non ſolùm contra voluntatem eius, ſed etiam contra fortunas iudicare? Verùm eſto. manifeſta res eſt, cùm nemo eſſet, quin hoc ſe audiſſe liquido [e] diceret, locupletiſſimus quiſque, certiſſimus teſtis eſſet: nemo erat Sicilia tota qui [f] neſciret decumas eſſe prætoris, nemo [g], qui non audiſſet ita Apronium dictitaſſe? præterea conuentus [h] honeſtus Syracuſis, multi equites Rom. viri primarij, ex qua copia recuperatores reiici oporteret, qui aliter iudicare nullo modo poſſent. Inſtat [i] Scandilius, poſcere recuperatores. tum iſte, homo innocens, qui illam ſuſpicionem leuare, atque ab ſe remouere cuperet, recuperatores dicit ſe de cohorte ſua daturum. Prò deûm, hominúmque fidem! quem ego accuſo? in quo meam induſtriam, ac diligentiam ſpectari volo? quid eſt, quod ego dicendo, aut cogitando efficere, aut aſſequi debeam? teneo, teneo, inquam, in mediis vectigalibus populi R. in ipſis fructibus prouinciæ Siciliæ furem manifeſtò auertentem [k] rem frumentariam omnem, pecuniam maximam: teneo, inquam ita, vt negare non poſſit. nam quid hic dicet? ſponſio facta eſt cum cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus, *Ni* [l] *te ſocium ſibi in decumis eſſe dictitaret.* Exſpectant omnes, quantæ tibi ea res curæ ſit, quemadmodum hominum exiſtimationi te, atque innocentiam tuam probari velis. Hîc tu medicum, & haruſpicem, & præconem tuum, recuperatores dabis, aut etiam illum ipſum, quem tu in cohorte tua *Caſſianum* [m] *iudicem* habebas, ſi qua res maior eſſet, Papirium Potamonem, hominem ſeuerum, ex vetere illa equeſtri diſciplina? Scandilius poſtulare de conuentu recuperatores. Tum iſte negat ſe de exiſtimatione ſua cuiquam, niſi ſuis, commiſſurum. Negotiatores ſibi [o] putant eſſe turpe, id forum ſibi iniquum [p] eiurare, vbi negotientur. Prætor prouinciam ſuam totam ſibi iniquam eiurat. O impudentiam ſingularem! Hic poſtulat ſe Romæ abſolui, qui in ſua

a L: cum in tanto tuo dedecore, ne verbo qu. dē grau. appellaſſes, atq. apud te tam ſ. r. ſ. ſ. vt t. c. p. n. n. r. t. not. eſſe omn. & t. man videres.
b Metaphora à beſtiis quæ ſeptis & cancellis continentur ne effugiāt.*
c L. prouincia, immo vero in ſella ac
d De ſponſionum formula paulo ante dixi.*
e Liquido dicere, eſt palā aperte, facile ex animi ſui ſententia. Sic liquido iurare *l. æliās* 18. ff. *de iureiur.* vbi dixi.*
P. B.
f L. quin ſciret dec.
g L. nemo, quin aud.
h *L.* conuētus honeſtus erat S.
i *al.* Inſtat Scandilius poſcere recup.
k *v.c.* auertentem
l *v.c.* ni ſocium te ſibi
m Caſſianus iudex pro ſeuero. a L. Caſſio qui ſcopulus reorum dicebatur *adde orat. pro Roſcio Amerino, pro Milone Philipp.* 2.*
n ſcriba Verris nominatur *in diuinatione.* Z.*
o *lib. vulg. non habent,* ſibi
p Eiurare forum, nihil aliud quam reiicere iudicem. ſic eiurare 2. *de Oratore* iniquū eiurare dicitur XII. *Philippica vbi dixi.*

A prouincia iudicauit, ſe abſolui nullo modo poſſe? qui plus exiſtimet apud lectiſſimos ſenatores pecuniam, quàm apud treis negotiatores metum valere? Scandilius verò negat ſeſe apud Artemidorum [a] recuperatorem verbum eſſe facturum: & tamen vrget [b], atque onerat te bonis conditionibus, ſi tu vti velis. ſi ex prouincia Sicilia tota ſtatuas idoneum iudicem, aut recuperatorem nullū poſſe reperiri, poſtulat à te, vt [c] Romam reiicias.
B Hîc enimuerò tu exclamas, hominem improbum, qui poſtulet ibi de tua exiſtimatione iudicium fieri, vbi te inuidioſum eſſe intelligebat [d]: negas te Romam reiecturum: negas de conuentu recuperatores daturum: cohortem tuam proponis. Scandilius rem ſe totam relicturum dicit, & ſuo tempore eſſe rediturum. Quid tu ibi tum? quid facis? Scandilium cogis. quid? ſponſionem acceptam [e] facere? Impudenter tollis exſpectatum exiſtima-
C tionis tuæ iudicium? non facis. Quid ergo? Apronio permittis, *vt, quos velit, de cohorte ſumat recuperatores?* Indignum, vni potius ex iniquis ſumendi, quàm [f] vtriſque ex æquis reiiciendi fieri poteſtatem. Neutrum facis eorum. Quid ergo? Eſt [g] aliquid, quod improbiùs fieri poteſt. cogit enim Scandilium quinque illa millia nummûm dare, atque adnumerare Apronio. Quid potuit elegantiùs facere prætor cupidus exiſtimationis
D bonæ: qui ab ſeſe omnem ſuſpicionem propulſaret? qui ſe eripere ex infamia cuperet? Adductus erat in ſermonem, inuidiam, vituperationem. dictitarat homo improbus, atque impurus, Apronius, ſocium [h] eſſe prætorem: venerat res in iudicium, atque diſcrimen: poteſtas erat iſti, homini integro, atque innocenti data, vt, in Apronium cùm animaduertiſſet, ſeſe grauiſſima leuaret [i] infamia. Quid excogitat pœnę? quid animaduer-
E ſionis in Apronium? cogit Scandilium Apronio ob ſingularem improbitatē, atque audaciam, prædicationémque nefariæ ſocietatis, LLS. V. millia, mercedis [k] nomine, ac præmij dare. Quid interfuit, homo audaciſſime, vtrū hoc decerneres: an id, quod Apronius dictitabat, tute de te proferres [l], ac dictitares? quem hominem, ſi quis pudor in te, atque adeò ſi quis metus fuiſſet, ſine ſupplicio dimittere non debuiſti: hunc abs te ſine præmio diſce-
F dere noluiſti. Omnia ſimul intelligere potuiſtis [m], iudices, ex vno crimine Scandiliano: primùm, hoc non eſſe Romæ natum de ſocietate decumarum [n], non ab accuſatore fictum, non (vt [o] ſolemus interdum in defenſionibus dicere) crimen domeſticum, ac vernaculum [p], non ex tempore periculi tui conſtitutum: ſed [q] vetus, excogitatum iā, & te prætore iactatum, & non ab inimicis Romæ cōpoſitum, ſed Romam de [r] prouincia exporta-
G tum. Simul [s] intelligi poteſt illud iſtius in Aproniū ſtudium, Apronij de iſto non modò confeſſio, verùm etiam commemoratio. eôdem [t] accedit, quòd [u] hoc quoque intelligere poteſtis, iſtum ſtatuiſſe, in prouincia ſua, exiſtimationis ſuæ iudicium extra cohortem ſuam committendum fuiſſe nemini. Ecquis eſt iudex, cui non ab initio decumani criminis perſuaſum ſit, iſtum in aratorum bona, fortunáſque impetum feciſſe? quis hoc nō ex eo ſtatim iudicauit, quod oſtendi, iſtum decu-
H mas noua lege, atque adeò nulla lege, contra

a Medicum Verris*
b *v.c.* auget atque onerat te b.
c *v.c.* vt Romam rem reiicias & *ita L.*
d L. intelligat.
e Acceptum facere eſt acceptilatione ſeu verborū ſolenni formula liberare debitorem *l. 1. ff. de acceptilat. Inſt. quibus modis tollitur obligatio* Alij tamen hic legunt factam miſſam facere: *alij* acceptam proſequi.*
f L. quàm vtriq. ex æq.
g L: Eſtne aliquid, quod improbius fieri poſſit? Eſt cog.
h L. ſocium ſibi eſſe pr.
i L. infamia leuaret.
k *v.c.* mercedis, ac præmij dare. & *ita L.*
l L. profiterere, acd.
m *v.c.* poteſtis & *ita L.*
n *fort.* decumanorum,
o Defēſores reorum, vt
P. B.
eorum crimina eleuarent dicebant crimen domeſticum ac vernaculum eſſe id eſt domi confictum eſſe ab accuſatore.*
p Vernacula dicuntur domi nata, vnde Vernæ ſerui in iure qui ex ancillis noſtris domi nati.*
q L. agitatū iam, & te pr. *al.* cogitatū *al.* cognitū.*
r *v.c.* de prouincia deportatum.
ſ L. Simul illud int. pot. iſtius in apr.
t L. eodem accedit, quod ex hoc quoque intel.
u *al.* quod ex hoc quoque

omniũ conſuetudinem, atque inſtituta ven-
didiſſe? Verùm, vt iſtos ego iudices tam ſe-
ueros, tam diligenteis, tam religioſos non [a]
haberem: ecquis eſt, ex iniuriarum magnitu-
dine, improbitate decretorum, iudiciorum
iniquitate, qui hoc non iamdudum ſtatue-
rit, & iudicarit? Etiam ſanè ſit aliquis diſſolu
tior in iudicando: legum, officij, reip. ſocio-
rum, atque amicorum negligentior: quid? is
poſſitne de iſtius improbitate dubitare, cùm
tanta lucra facta, tam iniquas pactiones, vi &
metu expreſſas cognouerit? cùm tanta præ-
mia ciuitates, vi, atque imperio, virgarum
ac mortis metu, non modò Apronio, atque
eius ſimilibus, verùm etiam Veneriis ſeruis
dare coactas? Quòd ſiquis ſociorum incom-
modis minus [b] mouetur: ſi quem aratorum
fugæ, calamitates, exſulia [c], ſuſpendia deni-
que non permouent: non poſſum dubitare,
quin is tamen, cùm vaſtatam Siciliam, relictos
agros, ex ciuitatum litteris, & epiſtola L. Me-
telli cognouerit: ſtatuat, fieri non poſſe, vt de
iſto non ſeueriſſimè iudicetur. Erit etiam ali-
quis, qui hæc omnia diſſimulare, ac neglige-
re poſſit? Attuli ſponſiones ipſo præſente fa-
ctas de decumarum ſocietate, ab ipſo pro-
hibitas iudicari. Quid eſt, quod poſſet quiſ-
quam manifeſtius hoc deſiderare? non dubi-
to, quin vobis ſatisfecerim, iudices. verumta-
men progrediar longiùs: non mehercule quo
magis hoc vobis perſuadeatur, quàm iam
perſuaſum eſſe confido: ſed vt ille aliquando
impudentiæ ſuæ finem faciat: aliquando deſi-
nat, ea ſe putare poſſe emere, quæ ipſe ſemper
habuit venalia, fidem, iuſiurandum, verita-
tem, officium, religionem: deſinant amici e-
ius ea dictitare, quæ detrimento, maculæ, inui-
diæ, infamiæ nobis omnibus eſſe poſſint. At
qui amici? O miſerum, atque inuidioſum, of-
fenſúmque paucorum culpa, atque indignita-
te ordinem ſenatorium! Albam Æmilium ſe-
dentem in faucibus [d] macelli loqui palàm,
viciſſe Verrem, emtos habere iudices, alium
ꟾꟾS. CCCC. millibus, alium [e] ꟾꟾS. IↃ. quem
minimo, CCC. Atque ei cùm reſponſum eſ-
ſet, fieri nõ poſſe: multos teſteis eſſe dicturos,
me præterea cauſæ non defuturum: Licet
hercules, inquit, omnes omnia dicant [f]: in [g] il-
lo niſi ita res manifeſta erit allata, vt reſpon-
deri nihil poſſit, *vicimus*. Bene agis Alba: ad
tuam veniam conditionem. nihil [h] putas va-
lere in iudiciis coniecturam, nihil ſuſpicio-
nem, nihil anteactæ vitæ exiſtimationem,
nihil bonorum virorum teſtimonia, nihili
ciuitatum auctoritates, ac teſtimonia. litteras
manifeſtas quæris. Non quæro *iudices* [k] *Caſſia-
nos*: veterem iudiciorum ſeueritatem non re-
quiro: veſtram [l] in hoc fidem, dignitatem, re-
ligionem in iudicando non imploro: Albam
habebo iudicem, eum hominem, qui ſe ipſe
ſcurram improbiſſimum exiſtimari vult: qui
à ſcurris potiùs ſemper *gladiator*, quàm *ſcur-
ra* appellatus ſit: afferam rem eiuſmodi in de-
cumis, vt Alba fateatur: iſtum in re frumen-
taria, & in bonis aratorum apertè, palámque
eſſe prædatum. Decumas agri Leontini ma-
gno [m] dicit ſe vendidiſſe. Oſtendi iam illud
initiò, non exiſtimandum magno vendi-
diſſe eum, qui verbo decumas vendiderit: re,
& conditione, & lege, & edicto, & licentia
decumanorum, decumas aratoribus nullas re
liquas fecerit. Etiam illud oſtendi, vendidiſſe

a *L.* non habeam

P. CLXXX,

b *L.* minus commouetur

c *al.* exſilia,

d vbi præcones ſtare ſoliti.*

e *L.* alium ꟾꟾ,

f *al.* dicant in illo *Ant. Auguſt.* dicant in illum P. B. *Urſinus hæc verba* in illo *gloſſema eſſe exiſtimat.* *

g *L.* in illo niſi res manif. erit allata, ita, vt r.

h Coniecturæ ſuſpiciones, teſtes & teſtimonia in iudiciis plurimum valent.*

i *L.* nihil ciuitatum auctoritates, ac litteras. res manifeſtas q.

k Seueros.*

l *L.* veſtram in hac re fid.

m *L.* magno dicis te vẽd.

A alios magno decumas agri Leontini, cete-
rorúmque agrorum: lege Hieronica vendi-
diſſe: & pluris etiam, quàm te vendidiſſe, nec
aratorem quemquam eſſe queſtum. nec e-
nim fuit quòd quiſquam queri poſſet, cùm
lege æquiſſimè [a] ſcripta venirent: neque illud
vmquam aratoris interfuit, quanti decumæ
venirent. non enim ita eſt, vt, ſi magno venie-
rint, plus arator debeat: ſi paruo, minus. Vt [b]
frumenta nata ſunt, ita decumæ veneunt. ara
B toris autem intereſt, ita ſe frumenta habere,
vt decumæ quàm plurimo venire poſſint. dũ
arator ne plus decuma det, expedit ei de-
cumam [c] eſſe quàm [d] maximam. Verùm hoc,
vt opinor eſſe vis caput defenſionis tuæ, *ma-
gno te decumas vendidiſſe* [e]. agri verò Leon-
tini, qui plurimum efficit, tritici mod. CCVI.
millibus. Si doceo, pluris aliquanto potuiſſe
te vendere, neque his voluiſſe addicere, qui
contra Apronium licerentur: & Apronio
C multo minoris, quàm aliis potueris [f], tradi-
diſſe: ſi hoc doceo: poterítne [g] te Alba, tuus
antiquiſſimus non ſolùm amicus, verùm e-
tiam amator [h], abſoluere? Dico equitem Rom.
hominem in primis honeſtum, Qu. Minu-
cium, cum ſui ſimilibus, ad decumas agri
Leontini tritici mod. non CIↃ. non CIↃ
CIↃ. non CIↃ CIↃ CIↃ. ſed ad vnas vnius
agri decumas tritici mod. XXX. millia voluiſſe
D addere, & ei poteſtatem emendi non eſſe fa-
ctam, ne res abiret ab Apronio. negare hoc,
niſi fortè negare omnia conſtituiſti, nullo
modo potes. palàm res geſta eſt, maximo
conuentu, Syracuſis: teſtis eſt tota prouincia,
propterea quòd vndique [i] ad emendas decu-
mas ſolent eò conuenire. quod ſiue fateris, ſi-
ue conuinceris: quot [k], & quam maximis in
rebus teneare, non vides? primùm tuam rem
illam, & prædam fuiſſe. nam, niſi ita eſſet, cur
E tu Apronium malebas, quem [l] omnes tuum
procurare in decumis negotium loqueban-
tur, quàm Minucium, decumas agri Leon-
tini ſumere? deinde immenſum, atque infini-
tum lucrum eſſe factum. nam ſi XXX [m]. mil-
libus mod. tritici tu commotus non eſſes: cer-
tè hoc idem lucri Minucius Apronio liben-
ter dediſſet, ſi ille accipere voluiſſet. Quan-
tam igitur illi ſpem prædæ propoſitam arbi-
tramur fuiſſe, qui tantum præſens lucrum,
F nulla opera inſumta, contemſerit, atque de-
ſpexerit? deinde ipſe Minucius numquam tãti
habere voluiſſet, ſi decumas tu lege Hieroni
ca venderes: ſed quòd tuis nouis edictis, &
iniquiſſimis inſtitutis plus aliquanto ſe, quàm
decumas, ablaturum videbat, idcirco longiùs
progreſſus eſt. At Apronio ſemper plus etiam
multo abs te permiſſum eſt, quàm quod edi-
xeras. Quantum igitur quæſtum putamus fa-
ctum eſſe per eum, cui quiduis licitum ſit:
G cùm tantum lucri voluerit addere is, cui, ſi
decumas emiſſet, idem non liceret? Poſtre-
mò illa quidem certè tibi præciſa defenſio
eſt, in qua tu ſemper omnia tua furta, atque
flagitia latêre poſſe arbitratus es: *magno te de-
cumas vendidiſſe*: plebi Romanæ cõſuluiſſe: an-
nonæ proſpexiſſe. Non poteſt hoc dicere, is,
qui negare non poteſt, ſe vnius agri decumas
XXX [n]. millib. mod. minoris, quàm potuerit,
vendidiſſe: vt etiam, ſi tibi hoc concedam,
H Minucio ideo te non tradidiſſe, quòd iam ad
dixiſſes Apronio: (aiunt enim te ita dictitare.
quod ego exſpecto: cupióque [o] te illud de-
fendere)

a *L.* æquiſſimè, ſcripta venderent: neq.

b Decumæ vendebantur vt frumenta nata erant.*

c id eſt decumarum maximam ſeſe venditionẽ. nam maxima decumarum venditio argumentum erat vberis anni & prouentus.*

d *L.* quàm maximi Ver.

e *L.* vendidiſſe: atque

P. CLXXXI.

aliorum quidem agrorũ proportione magno decumas vendidiſſe: agri vero Leontini

f *L.* potueris vendere. trad

g *L.* poterítne te iſte Alba.

h Amatoris & amici differentia. hic animi, ille corporis.*

i Decumis emendis ſeu ad decumas emendas vndique ſolebant conuenire.*

k *al.* quot, & quàm manifeſtis in reb. ten. *v. c.* quot, & quã manifeſtis rebus ten.

l *L.* quem omnes tuum procuratorẽ eſſe in decumis tuum negotium agere loq.

m *v. c.* XXX. *ru comm.* P. B.

n *al.* XXX. mod.

o *L.* cupióque te ita illud.

fendere, verùm vt ita ſit, tamen non potes hoc, quaſi præclarum aliquid, prædicare, magno te decumas vendidiſſe, cùm fuiſſe fateare, qui multo pluris voluerint emere. Tenetur igitur [a] iam, iudices, & manifeſtò tenetur auaritia, cupiditas hominis, ſcelus, improbitas, audacia. Quid ſi hæc, quæ dico, ipſius amici, defenſoréſque iudicarunt? quid vultis amplius? Aduentu L. Metelli, prætoris, cùm omneis eius comites iſte ſibi ſuo illo panchreſto [b] medicamento amicos redemiſſet, aditum [c] eſt ad Metellum: eductus eſt Apronius: eduxit vir primarius C. Gallius, ſenator: poſtulauit à [d] L. Metello, vt ex edicto ſuo iudicium daret in Apronium, QVOD [e] PER VIM, AVT METVM ABSTVLISSET: quam formulam Octauianam, & Romę Metellus habuerat, & habebat in prouincia. non impetrat: cùm hoc diceret Metellus. præiudicium à ſe de capite C. Verris per hoc iudicium nolle fieri. Tota Metelli cohors, hominum non ingratorum, aderat Apronio. C. Gallius, homo noſtri ordinis, à ſuo familiariſſimo L. Metello iudicium ex edicto non poteſt impetrare. Non reprehendo Metellum. pepercit homini amico, & quemadmodum ipſum dicere audiui, neceſſario. non reprehendo, inquam, Metellum: ſed hoc miror, quomodo, de quo homine præiudicium noluerit fieri per recuperatores, de [f] hoc ipſo non modò præiudicarit, verùm grauiſſimè, ac vehementiſſimè iudicarit. Primùm enim, ſi Apronium abſolutum iri putaret: nihil erat, quòd vllum præiudicium vereretur. deinde, ſi condemnato Apronio, coniunctam cum eo Verris cauſam omnes erant exiſtimaturi: Metellus quidem certè iam hoc iudicabat, eorum rem, cauſámque eſſe coniunctam: qui ſtatuerit, Apronio condemnato, de iſto præiudicium futurum. & ſimul vna res vtrique rei eſt argumento :, & aratores vi & metu coactos Apronio multo plus, quàm debuerint, dediſſe: & Apronium iſtius rem ſuo nomine egiſſe, cùm L. Metellus ſtatuerit non poſſe Apronium condemnari, quin ſimul de iſtius ſcelere, atque improbitate iudicaretur. ¶ Venio [g] *nunc ad Epiſtolam* Timarchidis [h], liberti iſtius, & accenſi: de qua cùm dixero, totum hoc crimen decumanum perorabo. Hæc epiſtola eſt, iudices, quam nos Syracuſis in ædibus Apronij, cùm litteras conquireremus, inuenimus. miſſa eſt, vt ipſa ſignificat, ex itinere, cùm Verres iam de prouincia deceſſiſſet, Timarchidis [i] manu ſcripta. Recita epiſtolam Timarchidis: TIMARCHIDES VERRIS ACCENSVS APRONIO SALVTEM DICIT. Iam hoc quidem non reprehendo [k], quod [l] adſcripſit, ACCENSVS [m]. cur enim ſibi hoc ſcribæ ſoli ſumant? L. PAPIRIVS SCRIBA. volo ego hoc eſſe commune accenſorum, lictorũ, viatorum. FAC DILIGENTIAM ADHIBEAS, QVOD AD EXISTIMATIONEM PRAETORIS ATTINET. Commendat Apronio Verrem, & hortatur, vt inimicis eius reſiſtat. Bono præſidio munitur exiſtimatio tua: ſi quidem in Apronij conſtituitur diligentia, atque auctoritate. HABES VIRTVTEM, ATQVE ELOQVENTIAM. Quàm copioſè laudatur Apronius à Timarchide! quàm magnificè! cui ego nõ putem illum placere oportere, qui tantopere Timarchidi

a L. ergo

b al. Panchriſto id eſt medicamento ad omnia vtili (eadem ratione herba Panacea dicta Plinio) Hac porro voce pecuniam Verris intelligit.*

c al. aditus eſt Metellus*

d v.c. ab L. Met.

e L. QVOD PER VIM, AC METVM ABST. P. CLXXXII

f L. de hoc ipſe non m.

g 7. Epiſtola Timarchidis.*

h L. Timarchidi lib.

i L. Timarchidi m.

k Ironia.*

l L. quod adſcribit.

m Reprehẽdit irriſione adhibita Tullius, quod Timarchides Verris accenſus in inſcriptionibus litterarum muneris ſui nomen adſcriberet, & ſe Accenſum, venditaret ſtultè: cùm tanti non eſſet Accenſi munus: & huiuſmodi Inſcriptiones vſitatæ eſſent imperatoribus Conſulibus Prætoribus, Aedilibus, Cenſoribus, non Accenſis: tametſi pleríque, vt ſcribæ huiuſmodi inſcriptione vſi.

A probatus ſit! HABES SVMTVM VNDE FACIAS. Neceſſe eſt, quod redundaret [a] de veſtro frumentario quæſtu, ad illum potiſſimùm, per quem agebatis, deſfluxiſſe. SCRIBAS, APPARITORES RECENTEIS [b] ARRIPE. CVM L. VVLTEIO, QVI PLVRIMVM POTEST, CAEDE, CONCIDE. Videte quàm valde militiæ ſuæ confidat Timarchides, qui etiam Apronio improbitatis præcepta det. Iam [c] hoc, CAEDE [d], CONCIDE, B non verba domo patroni depromere videtur, ad omne genus nequitiæ accommodata? VOLO [e] MIHI FRATERCVLO TVO CREDAS. Conſorti quidem in lucris, atque furtis, gemino & ſimillimo nequitia, improbitate, audacia. IN COHORTE CARVS HABEARE. Quid eſt hoc, IN COHORTE? quò pertinet? Apronium doces? quid? in veſtram cohortem, te monitore, an ſua ſponte peruenerat? QVOD CVIQVE OPVS SIT, C OPPONE. Qua impudentia putatis eum in dominatione fuiſſe, qui in fuga tam improbus ſit? ait, omnia pecunia effici poſſe: dare [f], profundere, opponere, ſi velis vincere. Non hoc mihi tam moleſtum eſt, Apronio ſuadere Timarchidem, quàm quod hoc idem patrono ſuo præcipit. TE POSTVLANTE OMNES VINCERE SOLENT. Verre quidem prætore, non Sacerdote, non Pæduceo, non hoc ipſo Metello. SCIS METELLVM D SAPIENTEM ESSE. Hoc verò ferri iam non poteſt, irrideri viri optimi, L. Metelli, ingenium, & contemni, ac deſpici à fugitiuo Timarchide. SI VVLTEIVM HABEBIS, OMNIA LVDIBVNDVS PERFICIES. Hîc vehementer errat Timarchides, qui aut Vulteium pecunia corrumpi putet poſſe, aut Metellum vnius arbitratu gerere præturã. ſed [g] errauit coniectura domeſtica: quia multos per ſe, & per alios multa ludibũ- E dos libidinoſè apud Verrẽ effeciſſe vidit: ad [h] omneis, eoſdem patêre aditus arbitrabatur. [i] faciliùs vos efficiebatis ludibundi, quæ volebatis à Verre, quòd multa eius ludorum genera noratis. INCVLCATVM EST METELLO, ET VVLTEIO, TE ARATORES EVERTISSE. Quis iſtuc Apronio attribuebat, cùm aratorem aliquem euerterat? aut Timarchidi, cùm ob iudicandum, aut decernendum, aut imperandum aliquid, aut re- F mittendum, pecuniam acceperat? aut Seſtio [k] lictori, cùm aliquem innocentem ſecuri percuſſerat? nemo. omnes ei Verri tunc attribuebant, quem nunc condemnari volunt. OBTVDERVNT EIVS AVREIS, [l] TE SOCIVM PRAETORIS FVISSE. Vidéſne, [m] hoc quàm clarum ſit, ac fuerit? cùm etiam Timarchides hoc metuat: concedes, non [n] hoc crimen nos in te confingere, ſed iampridem ad crimen aliquam defenſionem libertum G quærere. libertus, & accenſus tuus, & tibi ac liberis tuis, omnibus in rebus coniunctus ac proximus, ad Aproniũ ſcribit, vulgò eſſe ab [o] omnibus ita demonſtratũ Metello, tibi Apronium in decumis ſocium fuiſſe. FAC SCIAT IMPROBITATEM ARATORVM. IPSI SVDABVNT, SI DII VOLENT. [p] Quid iſtuc, per deos immortaleis, aut qua de cauſa excitatum eſſe dicamus in aratores tam infeſtum odium, atque tantum? H quantam [q] iniuriam fecerunt Verri aratores, vt eos etiam libertus & accenſus eius tam

a L. redundarit de

b v.c. RECENTIS

c L. Iam hęc CAEDE, CONCIDE, nõnne vobis verba

d Concidendi verbum inter verba ſummæ nequitiæ. Sic apud Lampridium in Heliogabali Cõcide Magiſtre plura vide apud Lipſiũ 5. epiſtolicar. quæſt. 14.*

e v.c. VOLO MI FRATER FRATERCVLO T.

f L. dare, profundere oportere, ſi velis vinc. al. DA, PROFVNDE, OPPONE, ſi VELIS V.

g L. ſed errat coniect.

h v.c. ad omnis

i fort. arbitratur.

k L. Sextio lict.

l v.c. auris.

m L. vides. hoc quàm

n L. non nũc hoc crim.

o fort. ab omnibus id d.

p al. VOLVNT

q L. quã tam tam iniur.

A irato animo[a], his litteris inſequatur? Neque ego huius fugitiui, iudices, epiſtolam vobis recitaſſem, niſi vt ex ea totius familiæ præcepta, & inſtituta, & diſciplinam cognoſceretis. Videtis, vt moneat Apronium? quibus[b] rebus, ac muneribus ſe inſinuet in familiaritatem Metelli? Vulteium corrumpat? ſcribas, accenſúmque[c] pretio deliniat? ea præcipit, quæ vidit: ea monet alienum hominem, quæ domi didicit ipſe. verùm in hoc errat vno, B quòd eaſdem exiſtimat vias ad omnium familiaritates eſſe munitas. Quamquam meritò ſum iratus Metello: tamen hæc, quę vera ſunt, dicam. Apronius ipſum Metellum non pretio, vt Verrem, non conuiuio, non muliere, non ſermone impuro[d], atque improbo poſſet corrumpere: quibus rebus non ſenſim, atque moderatè ad iſtius amicitiam[e] adrepſerat, ſed breui tempore totum hominem, totámque eius præturã poſſederat. Cohortẽ autem Metelli, quam vocat, quid erat, quòd cor- C rumperet, ex qua in aratorem recuperatores nulli dabantur? Nam quòd ſcribit, Metelli filium puerũ eſſe, vehementer errat. non enim ad omneis prætorum filios iidẽ aditus ſunt. O Timarchide, Metelli eſt filius in prouincia, non puer, ſed adoleſcens bonus ac pudens, dignus illo loco ac nomine. veſter ille puer prætextatus, in prouincia quemadmodũ fuiſſet, non dicerem, ſi pueri eſſe illam culpã, ac non D patris exiſtimarem. Túne, cùm te, ac tuam vitam noſſes, in Siciliam tecum grãdem prętextatum filium ducebas? vt, etiam ſi natura puerum à paternis vitiis, atque à generis ſimilitudine abduceret, conſuetudo tamen eum, & diſciplina degenerare non ſineret? Fac enim fuiſſe in iſto C. Lælij, & M. Catonis materiẽ[f], atque indolem: quid ex eo boni ſperari, atque effici poteſt, qui in patris luxurie ſic vixerit, E vt nullum vmquam pudicum, neque ſobrium conuiuium viderit? qui in epulis quotidianis, adulta ætate, per triennium inter impudicas mulieres, & intemperanteis viros verſatus ſit? nihil vmquam à[g] patre audierit, quo pudentior, aut melior eſſet? nihil vmquam patrem agere[h] viderit, quod cùm imitatus eſſet, non, id quod turpiſſimum eſt, patri[i] ſimilis putaretur? Quibus in rebus non[k] ſolùm filio, verùm etiam reip. feciſti iniu- F riam. Suſceperas enim liberos non ſolùm tibi, ſed etiam patriæ: qui non modo tibi voluptati, ſed etiam qui aliquando vſui reip. eſſe poſſent. Eos inſtituere, atque erudire ad maiorum inſtituta, atque[l] ciuitatis diſciplinam, non[m] ad tuas turpitudines debuiſti. Eſſet[n] inerti, atque impuro, & improbo parente nauus, & pudẽs, & probus filius. Haberet aliquid abs te reſp. muneris. nunc pro te Verrem ſubſtituiſti alterũ ciuitati. niſi hoc fortè deterior G eſt, ſi fieri poteſt, quòd tu eiuſmodi euaſiſti, nõ in hominis luxurioſi, ſed tãtùm in furis, ac diuiſoris diſciplina educatus. Quid iſto feſtiuius fore arbitramur, qui eſt tuus natura filius, conſuetudine diſcipulus, voluntate ſimilis? Quem ego, iudices, quamuis[o] bonum, fortémque facilè paterer euadere. non enim me inimicitiæ commouent, ſi quæ mihi cum iſto futuræ ſint. nam ſi in omnibus rebus innocẽs fuero, meíque ſimilis: quid mihi iſtius inimi- H citiæ nocebunt? ſin aliqua in re Verri[p] ſimilis fuero, non magis mihi deerit inimicus, quàm Verri defuit. Etenim, iudices, eiuſmodi reſp.

a v. c. animo ac litteris inſ.
b al. quibus ſe rebus, ac mun. inſinuet
c al. accenſóſque
d al. incauto.
e L. arrepſerat.
P. clxxxiiii.
f al. naturã
g al. audierit à patre,
g L. facere viderit,
i fort. patris
k L. non ſolùm filio, Verres, verum
l fort. atque ad ciuit.
m L. non ad tua flagitia, neque ad tuas turp.
n L, ſi eſſet ex inerti, atque
o al. quantumuis bon.
P. B.
p fort. Verris

A debet eſſe, & erit, ſeueritate iudiciorùm conſtituta, vt inimicus neque deeſſe nocenti poſſit, neque obeſſe innocenti. Quapropter nulla res eſt, quamobrem ego iſtum nolim ex paternis probris, ac vitiis emergere. id quod tametſi iſti difficile eſt, tamen haud ſcio an fieri poſſit: præſertim ſi (vt nunc fit, cuſtodes amicorum eum ſectabuntur: quoniam pater tam negligens, ac diſſolutus eſt. Verùm huc longiùs, quàm voluntas fuit, ab epiſtola Ti- B marchidis digreſſa[a] eſt oratio mea. qua recitata, concluſurum me eſſe crimen decumarum dixeram: ex quo intellexiſtis, innumerabilem frumenti numerum per triennium auerſum à repub. eſſe, abreptúmque[b] aratoribus. ¶Sequitur[c], vt *de frumento emto* vos, iudices, doceam, maximo atque impudentiſſimo furto: de quo dum certa, & pauca, & magna dicam breuiter, attendite[d]. Frumẽtum emere in Sicilia debuit Verres ex ſe- C natuſconſulto, & ex lege Terentia, & Caſſia, frumentaria. Emundi duo genera fuerunt: vnum[e] certarum decumarum: alterum, quod præterea ciuitatibus æqualiter eſſet diſtributum. Illius decumani tantum, quantum ex primis decumis fuiſſet: huius[f] imperati tritici mod. ↄↄ.CCC. millia: pretium autem conſtitutum decumano in mod. ſingulos LLS[g]. ternos: imperato LLS. IIII. Ita in frumentum im- D peratum LLS[h]. duodetricies in annos ſingulos Verri decernebatur, quod aratoribus ſolueret: in alteras decumas fermè ad nonagies. ſic per triennium ad hanc frumenti emtionem Sicilienſem propè centies[i] & tricies erogatum eſt. Hanc[k] pecuniam tantam, datam tibi ex ærario inopi, atque exhauſto: datam ad frumentum, hoc eſt, ad neceſſitatem ſalutis & vitæ: datam, vt Siculis aratoribus, quibus tanta onera reſp. imponeret, ſolueretur: abs te E ſic laceratam eſſe dico, vt poſſim illud probare, ſi velim, omnẽ te hanc pecuniam domum tuam auertiſſe. etenim ſic hanc rem totam adminiſtraſti, vt hoc, quod dico, probari æquiſſimo iudici poſſit. Sed ego habebo rationẽ auctoritatis meæ: meminero, quo animo, quo cõſilio ad cauſam publicam acceſſerim: nõ agam tecũ accuſatoriè: nihil fingam: nihil cuiquam probari[l] velim, me dicente, quod non antè mihimetipſi probatum ſit. In[m] hac F pecunia publica, iudices, hæc inſunt tria genera furtorum. Primùm[n] eam, cùm poſita eſſet apud eas ſocietates, vnde erat attributa, binis centeſimis fœneratus eſt. Deinde permultis ciuitatibus pro frumento nihil ſoluit omnino: Poſtremò, ſi cui ciuitati ſoluit: tantum detraxit quantum commodum fuit: nulli, quod debitum eſt, reddidit. Ac *primùm*[o] hoc ex te quæro: tu, cui publicani ex Carpinatij litteris gratias egerunt, pecunia publica ex G ærario erogata, ex vectigalibus populi R. ad emendum frumentum attributa, fuerítne tibi quæſtui: penſitatítne tibi binas centeſimas. Credo te negaturum. *TVRPIS enim eſt, & periculoſa confeſſio*. Mihi autem hoc perarduum eſt demonſtrare. quibus[p] enim teſtibus? Publicani tractati honorificè ſunt: tacebunt. litteræ eorum decreto decumanorum remotæ ſunt. Quò me igitur vertam? rem tam improbam, crimen tantæ audaciæ, tantæque H impudentiæ, propter inopiam teſtium, ac litterarum prætermittam? non faciam, iudices, vtar teſte. quo? P. Vettio Chilone, homine eque-

a L. degreſſa eſt or.
b L. ereptúmque arator.
c II. DE FRVMENTO empto.
d Attentio.
e L. vnum alterarum decumarum.
f L. huius imperati in annos ſingulos, tritici m.
g L. LLS. terni imperato LLS. quaterni.
h L. LLS. bis & tricies in annos ſing.
i L. centies & vicies er.
k Propoſitio.
l L. probari volo, me d.
m Partitio.
n L. Primùm cùm poſita eſſet pecunia apud eas ſoc. vnde erat attr. binis cam.
o Primum furtum Verris ſeu fœneratio.
p L. quibus enim teſtibus publicanis, tractati honorificè ſunt: tacebunt litteris eorum, decreto dec.

P. B. a L. ita & amic.

equeſtris ordinis honeſtiſſimo, atque ornatiſſimo: qui iſti ita [a]amicus, & neceſſarius eſt, vt etiã ſi vir bonus non eſſet, tamen, quod cõtra iſtum diceret, graue videretur: ita vir bonus eſt, vt, etiam ſi inimiciſſimus iſti eſſet, tamen eius teſtimonio credi oporteret. Admiratur & exſpectat, quídnam Vettius dicturus ſit. nihil dicet ex tempore: nihil ex ſua voluntate: nihil, vt ei vtrumuis licuiſſe videatur. Miſit in Siciliam litteras ad Carpinatium, cùm eſſet magiſter ſcripturæ [b], & ſex publicanorum: quas [c] ego Syracuſis apud Carpinatium in litterarum allatarum libris: Romę in litterarũ miſſarum apud magiſtrum Tulliũ [d], familiarem tuũ inueni: quibus ex litteris impudentiã fænerationis, quæſo, cognoſcite. LITTERAE MISSAE [e] L. VETTII [f], L. SERVILII, C. [g] ANTISTII, MAGISTRORVM. Præſtò ſe tibi ait futurum Vettius, & obſeruaturum, quéadmodum rationes ad ærarium referas: vt, ſi hanc ex fænore populo pecuniam non retuleris, reddas ſocietati. Poſſumus hoc teſte, poſſumus P. Seruilij, & C [h]. Antiſtij, magiſtrorum litteris, primorum hominum, atque honeſtiſſimorum, poſſumus auctoritate ſocietatis, cuius litteris vtimur, quod dicimus, obtinere? an aliqua firmiora, aut grauiora quærenda ſunt? Vettius, tuus familiariſſimus: Vettius, tuus affinis, cuius ſororem habes in matrimonio, tuæ frater vxoris Vettius, frater tui quæſtoris, teſtatur [i] impudentiſſimũ tuũ furtũ, certiſſimúque peculatum. (nã quo alio nomine pecuniæ publicæ fæneratio eſt appellanda?) [k] * * *

b L. ſcripturæ, & ſocietatis publican. al. ſcripturæ eius ſocietatis.* c al. quas ego Syracuſis in litterarũ miſſarum libris apud magiſtr. Tull. d L. Pulium e v.c. non habent, miſſæ f al. Vectij. g lib. vulg. C. Antiſt. tis, h lib. vulg. C. Antiſtitis,

Recita reliqua. Scribam tuum dicit: Verres, huius perſcriptorem fænerationis fuiſſe. ei quoque magiſtri minantur in literis: & [l] caſu ſcribæ tum duo magiſtri fuerunt cum Vettio. Binas centeſimas ab ſe ablatas ferendum non putant: & rectè non putant. Quis enim hoc fecit vmquam? quis denique conatus eſt facere, aut poſſe fieri cogitauit, vt, cùm ſenatus publicanos vſura ſæpe iuuiſſet, magiſtratus à publicanis pecuniam pro vſuris auderet auferre? Certè huic homini ſpes nulla ſalutis eſſet, ſi publicani, hoc eſt, ſi equites Romani iudicarent. Minor [m] eſſe cura nunc, iudices, vobis diſceptantibus debet: & tanto minor, quanto eſt honeſtius alienis iniuriis, quàm te ſua commoueri. Quid ad hæc reſpondere cogitas? Vtrùm factum negabis? an tibi hoc licitum eſſe defendes? negare [n] quí potes? an vt tanta auctoritate litterarum, tot teſtibus publicanis conuincare? licuiſſe verò quí? ſi mehercule te [o] pecuniã tuam, non populi R. in prouincia fæneratum docerem, tamen effugere non [p] poſſes. * * * ſed publicam, ſed ob frumentum decretam, ſed à publicanis fænore accepto: hoc licuiſſe cuiquã probabis? quo non modò ceteri, ſed [q] tu ipſe nihil audacius, improbiúſque feciſti. Non mehercule hoc, quod omnibus ſingulare videtur, de quo mihi deinceps dicendum eſt, poſſim, iudices, dicere audacius eſſe, aut impudentius, quòd permultis ciuitatibus pro frumento nihil [r] ſoluit omnino. maior hæc præda fortaſſe eſt: ſed illi impudentia certè non minor. Et, quoniam de illa fæneratione ſatis dictum eſt, nunc *de hac tota pecunia auerſa*, quæſo, cognoſcite. Siciliæ ciuitates multæ ſunt, iudices, ornatæ, atque honeſtæ: ex quibus in primis numerãda eſt ciuitas Haleſina. nullam enim reperietis aut officiis fideliorẽ, aut copiis locupletiorem, aut auctoritate grauiorem. Huic iſte in annos ſingulos, cùm ſexaginta tritici millia modiûm imperauiſſet, pro tritico nummos abſtulit, quanti erat in Sicilia triticum: quos de publico nummos acceperat, retinuit omneis. Obſtupui [a], iudices, cùm hoc mihi primùm Haleſiæ demonſtrauit in ſenatu Haleſinorum homo ſummo ingenio, ſumma prudentia, ſumma auctoritate præditus Haleſinus Ænias [b]: cui ſenatus dederat publicè cauſam [c], vt mihi, fratríque meo gratias ageret: & ſimul, qui nos ea, quæ ad iudicium pertinerent, doceret. Demonſtrat, hanc iſtius conſuetudinem ac rationem fuiſſe, cum omnis frumenti copia decumarum nomine penes iſtum eſſet redacta, ſolitum eſſe iſtum pecuniam cogere à ciuitatibus, frumentum improbare: quantum frumenti Romam eſſet mittendum, tantum de ſuo quæſtu, ac de ſua copia frumenti mittere. Poſco rationes: inſpicio litteras: video frumenti granum Haleſinos, quibus LX [d]. millia modiûm imperata erant, nullam dediſſe: pecuniam Volcatio, Timarchidi, ſcribæ dediſſe. reperio genus huiuſmodi, iudices, prædæ, vt prætor, qui frumentum emere debebat, non emat, ſed vendat: pecunias, quas ciuitatibus diſtribuere debebat, eas omneis auertat, atque auferat. Non mihi iam furtum, ſed monſtrum, ac prodigium videbatur: ciuitatum frumentum improbare, ſuum probare: cùm ſuum probaſſet, pretium ei frumento conſtituere: quod conſtituiſſet, id [e] ciuitatibus auferre: quod à populo R. accepiſſet, tenere. Quot vultis eſſe in vno furto peccatorum gradus? vt [f] ſi ſingulis inſiſtere velim, progredi iſte non poſſit. Improbas frumentum Siculum. Quid? ipſe quod mittis: peculiarem habes aliquam Siciliam, quæ tibi ex alio genere frumentum ſuppeditare poſſit? Cùm ſenatus decernit, vt ematur in Sicilia frumentum, aut [g] cùm populus iubet: hoc, vt opinor intelligit, ex Sicilia Siculum frumentum apportari oportere. Tu, cùm ciuitatum Siciliæ vulgò omne frumentum improbas, num ex Ægypto, aut ex Syria frumentum Romam mittis [h]? Improbas Haleſinum, Cephaleditanum, Thermitanum, Ameſtratinum, Tyndaritanum, Herbitenſe, multarum præterea ciuitatum. Quid [i] accidit tandem, vt horum populorum agri frumentum eiuſmodi, te prętore, ferrent [k], quod numquam antea, vt neque mihi, neque tibi, neque populo R. poſſet probari, prẹſertim cùm ex iiſdem agris, eiuſdémque anni frumentum ex decumis Romam mancipes aduexiſſent? quid [l] acciderat, vt ex eodem horreo decumanum probaretur, emtum [m] non probaretur? Dubiúmne eſt, quin iſta omnis improbatio, cogendæ pecuniæ cauſa nata ſit? Eſto. improbas Haleſinũ: habes ab alio populo quod probes. eme illud, quod placet: miſſos fac eos, quorum frumentum improbaſti. Sed ab iis, quos repudias, exigis tantum pecuniæ, quantum ad eum numerũ frumenti ſatis ſit, quem [n] ciuitati imperas. Dubium eſt quid egeris? In medimna ſingula video ex litteris publicis tibi Haleſinos LLS. quinos denos dediſſe. Oſtẽdam ex tabulis locupletiſſimorum aratorum, eodem tempore neminem in Sicilia pluris frumentum vendidiſſe. Quæ eſt ergo iſta ratio, aut quæ potiùs amẽtia, frumentũ improbare id, quod ex eo

i L. teſtatur litteris tuum impud. furt. k L. iudicatarum ſe: ac patefacturũ minatur. Rec. l L. et enim caſu tum ſcribæ duo magiſtri affuerunt &c P. c'xxvi. m L. Minor eſſe nunc, iudices, vobis diſceptantibus, debet. n L. negare qui potes, ſi tanta auct. lit. &c. o v.c. te pecuniam tuã prætorem in prou. fæn. p L. non poſſes. Nunc cũ fæneratum eſſe pecuniã reperiare nõ tuã, ſed publ. ſed ob q lib. vulg. ſed ipſi ſecundum furtum Verris ſeu auerſio* r L. nihil ſoluit. Omnino maior &c.

a L. Obſtupui, iud. & ita v.c. & ita apud Platum.* P. B. b al. Aeneas c id eſt dederat totam cõtrouerſiam litteris proſcriptionis, vt eam me doceret.* d L. ſexagena mill. e al. id à ciuitatibus f L. tot ſunt vt in ſingulis inſiſtere ſi velim, progredi ipſe non poſſim. Impr g lib. vulg. aut populus. h L. miſſurus es? Impr. P. c'xxvii. i L. Quid accidit tãdem, cur hor. k L. efferrẽt, l L. quid acciderat, cur ex eod. m L. emtum improbaretur? & ita v.c. n L. quem ei ciuitati imperas, emendum Dub. & ita v.c. o L. quod & eo loco ſit, ex q

loco ſit,ex quo ſenatus & populus R.emi voluerit: ex [a] eo aceruo, ex quo partem tu idem,decumarum nomine,probaris: deinde à ciuitatibus pecunias [b] , ad emendum frumentum cogere,cùm ex ærario acceperis? Vtrùm [c] te lex [d] Terentia Siculorum pecunia frumentum emere à Siculis,an populi Romani pecunia frumẽtũ ab Siculis emere iuſſit? Iã verò ab iſto omnem illam ex ærario pecuniam, quam his oportuit ciuitatibus pro frumento dari,lucrifactam videtis. accipis enim LLS.XV. pro medimno. tanti enim eſt illo tempore medimnum.retines [e] LLS.XII.tanti enim eſt frumentum Sicilienſe ex lege æſtimatum.Quid intereſt, vtrùm hoc feceris, an [f] frumentum non improbaris,ſed frumẽto probato,& accepto, pecuniã publicam tenueris omnem , neque quidquam vlli diſſolueris ciuitati, cùm æſtimatio legis , eiuſmodi ſit,vt ceteris temporibus tolerabilis Siculis,te prætore etiã grata eſſe debuerit? Eſt enim modius lege LLS.III.æſtimatus.fuit autẽ,te prætore,vt [g] tu in multis epiſtolis ad amicos tuos gloriaris,LLS.II.Sed fuerit LLS.III.quoniam tu tantũ à ciuitatibus in modios ſingulos exegiſti.cùm,ſi ſolueres Siculis tantum,quantum te populus R.iuſſerat,aratoribus fieri gratiſſimum poſſet:tu non modò eos accipere quod oportebat,noluiſti:ſed etiã dare,quod nõ debebant,coegiſti.Atque hæc ita geſta eſſe , iudices,cognoſcite & ex litteris publicis ciuitatum,& ex teſtimoniis publicis: in quibus nihil fictum, nihil ad tempus accommodatum [h] intelligetis.Omnia,quæ dicimus,rationibus populorum non [i] interpoſitis , neque perturbatis,neque repentinis [k] ,ſed certis,inſtitutis,ordine [l] relata , atque confecta ſunt. Recita rationes Haleſinorum. Cui pecuniam datam dicit? dic etiam clariùs. VOLCATIO, TIMARCHIDI,MAEVIO.Quid eſt,Verres? ne illam quidem tibi defenſionem reliquam feciſti,mancipes in iſtis rebus eſſe verſatos? *mancipes* frumentum improbaſſe? mancipes pretio cum *ciuitatibus decidiſſe*,& eoſdem abs te illarum ciuitatum nomine pecunias abſtuliſſe:deinde ipſos ſibi frumentum coëmiſſe:*nihil* hæc ad te pertinere? Magna mehercule,ac miſera defenſio, prætorem hoc dicere , Ego frumentum neque attigi , neque adſpexi [m] : mancipibus poteſtatem probandi,improbandíque permiſi : mancipes à ciuitatibus pecunias extorſerunt:ego autem, quam pecuniam populis dare debui , mancipibus dedi. Mala [n] eſt hæc quidem , vt dixi , defenſio criminis : ſed tamen hac ipſa tibi , ſi vti cupias, non licet:vetat te Volcatius,tuæ, tuorúmque deliciæ,mentionem mancipis facere. Timarchides autem columen familiæ veſtræ , premit fauceis defenſionis tuæ : cui ſimul , & Volcatio pecunia à ciuitate numerata eſt.Iam verò ſcriba tuus annulo aureo ſuo , quem ex his rebus inuênit,iſta [o] te ratione vti non ſinet.Quid igitur eſt reliquum,niſi vti fateare, te Romam frumentum emtum Siculorum pecunia miſiſſe : publicam pecuniam domum tuam auertiſſe [p] ? *O conſuetudo peccandi , quantam habes iucunditatem in improbis, & audacibus , cùm pœna abſuit* [q] ,*& licentia conſecuta eſt* ! Iſte in hoc genere peculatus non nunc primùm inuenitur: ſed nunc demum tenetur. Vidimus huic ab ærario pecuniam numerari quæſtori ad ſumtum exercitus conſularis : vidimus paucis pòſt menſibus & exercitum,& conſulem ſpoliatum.Illa omnis pecunia latuit in illa caligine ac tenebris,quæ totam remp. tum occupauerant [a] . Iterum geſſit hereditariam quæſturam cum [b] Dolabella. magnam pecuniam auertit: ſed eius rationem cum damnatione Dolabellæ permiſcuit.Commiſſa eſt pecunia tanta prætori. non repetietis hominem timidè, nec leuiter hæc improbiſſima lucra ligurientem [c]. deuorare omnem pecuniam publicam non dubitauit. *Ita ſerpit illud inſitum in natura malum , conſuetudine peccandi libera, finem vt audaciæ ſtatuere ipſe ſibi non poſſit.* Tenetur igitur aliquando , & in rebus tum maximis , tum manifeſtis tenetur. Atque in eam fraudem mihi videtur diuinitus incidiſſe , non ſolùm vt eas pœnas, quas proximè meruiſſet , ſolueret: ſed vt illa etiam ſcelera eius in Carbonem, & in Dolabellam vindicarentur. Etenim noua quoque alia res exſtitit,iudices,in hoc crimine , quæ tollat omnem dubitationem ſuperioris illius decumani criminis.Nam,vt illud miſſum faciam, permultos aratores in alteras decumas, & in hæc IↃ.CCC.millia modiûm , quod emtum populo.Ro.darent , non habuiſſe : ſed à tuo procuratore,hoc eſt,ab Apronio,emiſſe : ex quo intelligi poteſt, nihil te aratoribus réliqui feciſſe:vt hoc prætercam,quod [d] in multis eſt teſtimoniis expoſitum : poteſt illo quidquam eſſe certius,in tua poteſtate , atque in tuis horreis omne frumentum Siciliæ,per triennium , atque omneis fructus agri decumani,fuiſſe? Cùm enim à ciuitatibus pro frumento pecuniam exigebas , vnde erat frumentum,quod Romam mitteres,ſi tu id non omne clauſum,& cõpreſſum poſſidebas? Itaque in eo frumento primus tibi ille quæſtus [e] fuit,ipſius frumenti , quod erat ereptum ab aratoribus:alter, quòd id [f] frumentum improbiſſimè per trienium partum,non ſemel, ſed bis:neque vno,ſed duobus pretiis, vnum & idem frumentum vendidiſti:ſemel ciuitatibus LLS.XV.in medimnum:iterum populo Rom.à quo LLS [g] .XII.in medimna, pro eodem illo frumento abſtuliſti.At [h] enim frumentum Centuripinorum , & Agrigentinorum,& nonnullorum fortaſſe præterea probaſti,& his populis pecuniã diſſoluiſti.Sint [i] aliquæ ciuitates in eo numero,quarũ frumẽtum improbare nolueris. Quid tandem? his ciuitatibus omnísne pecunia , quæ pro frumento debita eſt,diſſoluta eſt? Vnum mihi reperi , non populum , ſed aratorem : vide, quære , circumſpice, ſi quis fortè eſt ex ea prouincia, in qua tu triennium præfuiſti, qui te nolit periſſe: vnum, inquam , da mihi ex illis aratoribus,qui [k] vel ad ſtatuam pecuniam contulerunt,qui ſibi dicat pro frumento omne eſſe,quod oportuerit,ſolutum. confirmo,iudices , neminem eſſe dicturum. Ex omni pecunia , quam aratoribus ſoluere debuiſti , certis [l] nominibus deductiones fieri ſolebant : primùm pro ſpectatione [m] ,& collybo [n] :deinde pro neſcio quo cerario. Hæc omnia,iudices,non rerum certarum,ſed furtorum improbiſſimorum ſunt vocabula.nã [o] collybus eſſe quî poteſt , cùm vtantur omnes vno genere nummorum? cerarium [p] verò quid vocas? quomodo hoc nomen ad rationes magiſtratus? quomodo ad pecuniã publicam alla-

a L. & ex eo aceruo,
b L. pecuniã ad em.
d L. Vtrùm enim te lex Terentia,Siculorum, an populi R.pecunia,fr. ab Sicul. emere iuſſit,
d Lex hæc Terentia lata eſt M.Terentio Lucullo:& C. Caſſio Vero P. B. Coſſ.anno vrbis 580.& ad frumentum ex Sicilia exportandum ſolum pertinebat.*
e L.retines LLS. XVIII. tanti enim eſt fr.
f L.an frumentum Sicilienſe nõ im. & ita v.c.
g al. vt in multis.
h L. accommodatum eſſe intell.
i L.non interpolatis,n. ſideſt in quibus multa ſunt veſtigia mendarum.*
k Repentinæ rationes, tumultuariè confectæ.
l fort.in ordinem relata, atque confecta ſunt.
P.Clxxxviii.
m L.inſpexi;
n L.Mala eſt hæc quidem, vt dixi,ac perdita,maximorum peccatorum,per huiuſmodi incuriæ,& inertiæ confeſſionem defenſio:ſed tamẽ h.
o L.iſta te o ratione.
p al. conuertiſſe? al. auertiſſe?
q L.affuit.

a L.occupauerant.
b al.cum A.Dolabella
c L.liguriẽtem.
P. B.
d L.quod multorum eſt teſtim.
e L.quæſtus erat ipſum frumentum, quod erat ereptum aratoribus.
f v.c.non habent prouectabulum, id.
g L.XVIII.
h Tertium ſeu furtum detractio.*
i L.Sint ſanè aliquæ ciuit.
k L.vel qui tibi ad ſtat.
l al.rectis. Certis nominibus deductiones fieri hic dixit pro Quæſtis certis nominibus pecuniam debere. Horatius 2.epiſtol. 1.nominibus certis expendere nũmos.*
m Spectatio hic, eſt probatio pecuniæ.*
n Collybus quod pro nummorum permutatione datur.*
o L.nam collybus qui nam eſſe poteſt,cùm etc.
p al. cerarium verò quid,quomodo. Cerarium eſt quod pro cera datur.*

cam allatum eſt? Nam illud genus tertiũ deductionis erat eiuſmodi, quaſi non modò liceret, ſed etiã oporteret: nec ſolùm oporteret, ſed planè neceſſe eſſet. Scribæ nomine de tota pecunia binæ quinquageſimæ detrahebantur. Quis tibi hoc conceſſit? quæ lex? quæ ſenatus auctoritas? quæ porrò æquitas, vt tãtam pecuniam ſcriba tuus auferret [a] ſiue de aratorum bonis, ſiue de populi Ro. vectigalibus? Nam ſi poteſt iſta pecunia ſine aratorũ iniuria detrahi: populus R. habeat, pręſertim in tantis ærarij anguſtiis. ſin autem & populus id voluit, & æquũ ita eſt, ſolui aratoribus: tuus apparitor parua mercede populi conductus, de aratorũ bonis prædabitur? & in hac cauſa ſcribarum ordinem in me concitabit Hortenſius? & eorum commoda à me labefactari, atque oppugnari iniuria [b] dicet? quaſi verò hoc ſcribis vllo exemplo ſit, aut vllo iure conceſſum. Quid ergo vetera repetam? aut quid eorũ ſcribarum mentionem faciam, quos conſtat ſanctiſſimos homines, atq; innocẽtiſſimos fuiſſe? non me fugit, iudices, vetera exempla pro fictis fabulis iam audiri, atque haberi. in his tẽporibus verſabor miſeris, ac perditis. Nuper, Hortenſi, quæſtor fuiſti. quid tui ſcribæ fecerint, tu potes dicere: ego de meis hoc dico, cùm in eâdem iſta Sicilia pro frumento ciuitatibus pecuniam ſoluerem: mecum duos frugaliſſimos homines ſcribas haberem, L. Mamilium [c], & L. Sergium: non modò iſtas duas quinquageſimas, ſed omnino nummum nullũ cuiquam eſſe deductum. Dicerem, hoc mihi totum eſſe attribuendum, iudices, ſi illi vmquã à me hoc poſtulaſſent, ſi vmquã omnino cogitaſſent. Quamobrem enim ſcriba deducat, ac [d] non potius mulio [e], qui adduxit, tabellarius? cuius aduentu certiores facti petiuerunt? præco, qui adeſſe iuſſit? viator, ac Venerius, qui fiſcum ſuſtulit? quæ pars operæ, aut opportunitatis in ſcriba eſt? cur [f] ei non modò merces tanta detur, ſed cur cum eo tantæ pecunię partitio fiat? Ordo eſt honeſtus. Quis negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet? eſt verò honeſtus, quòd eorum hominum fidei tabulæ publicæ, periculáque magiſtratuũ committuntur. Itaque ex his ſcribis, qui digni ſunt illo ordine, patribus [g] familiâs, viris bonis atque honeſtis, percontamini, quid ſibi iſtę quinquageſimæ velint. iam omnes intelligetis, nouam rem totam, atque indignam videri. Ad eos me ſcribas reuoca, ſi placet: noli hos colligere, qui nũmulis corrogatis de nepotum bonis [h], ac de ſcenicorũ [i] corrolariis, cùm decuriam emerunt, ex primo ordine exploſorum in ſecundum ordinem ciuitatis ſe veniſſe dicunt. Eos ſcribas tecum diſceptatores huius criminis habebo, qui iſtos ſcribas eſſe moleſtè ferunt. Tametſi cùm in eo ordine videamus eſſe multos nõ idoneos, qui ordo induſtriæ propoſitus eſt, & dignitati: mirabimur, turpeis [k] aliquot in eo eſſe, quò cuiuis liceat pretio peruenire? Tu ex pecunia publica LLS. tredecies [l] ſcribam tuum permiſſu tuo cùm abſtuliſſe fateare, reliquã tibi vllam defenſionem putas eſſe? hoc ferre quemquam poſſe? hoc quemquam denique nunc tuorum aduocatorum animo æquo audire arbitrare? qua in ciuitate C. Catoni [m], clariſſimo viro, conſulari homini, LLS. [n] XVIII. millibus lis æſtimata ſit: in eâdem ciuitate apparitori tuo eſſe cõceſſum, vt LLS. [o] vno nomine tredecies

a al. auerteret. al. auerret.
b L. iura dicet.
c al. L. Mallium. P. B.
d L. ac non potius mulio qui adduxit? tabellarius, cuius, &c.
e al. multò.
f v.c. cur ei non merces tanta detur.
g v.c. patribus familiis, vide Priſcianum lib. 6.
h al. donis.
i v.c. ſcenicorum
k L. turpeis aliquot eſſe, ibi
l L. quatuordecies ſcrib. P. CXC.
m L. C. Catoni conſulari homini, clariſſ. viro. qui Siciliæ præfuit.*
n L. LLS. ccɔɔ. ciɔ. ciɔ. ciɔ.
o L. LLS. quatuordecies vno nomine auferret.

A auferret? Hinc ille eſt annullus [a] aureus, quo tu iſtum in cõcione donaſti, quæ tua donatio ſingulari impudentia prædita, noua Siculis omnibus, mihi verò etiam incredibilis videbatur. *Sæpe enim noſtri imperatores, ſuperatis hoſtibus, optimè rep. geſta, ſcribas [b] ſuos annulis aureis in concione donarunt.* Tu verò quibus rebus geſtis, quo hoſte ſuperato, cõcionẽ, donandi cauſa, aduocare auſus es? Neque enim ſolùm ſcribam tuum annulo, ſed etiam virum fortiſſimum, ac tui diſſimillimũ, Q. Rubrium, excellẽti [c] virtute, auctoritate, copiis, corona & phaleris, & torque donaſti: M. Coſſutiũ, ſanctiſſimum virum, atq; honeſtiſſimum: M. [d] Caſtritium, ſummo ſplendore, ingenio, gratia præditum. Quid hæc ſibi horum trium ciuium Romanorum dona voluerunt? Siculos præterea, potentiſſimos, nobiliſſimóſq; donaſti: qui nõ, quemadmodum ſperaſti, tardiores fuerũt: ſed ornatiores tuo iudicio ad teſtimonia dicunda [e] venerunt. Quibus ex hoſtium ſpoliis? de [f] qua victoria? qua ex præda, aut manubiis, hæc abs te donatio conſtituta eſt? an quòd, te prætore, paucorũ aduentu myoparonum, claſſis pulcherrima, Siciliæ propugnaculum, præſidiúmq; prouinciæ, piratarum manibus incenſa eſt? an quòd ager Syracuſanus prædonum incendiis, te prætore, vaſtatus eſt? an quòd forum Syracuſanum nauarchorum ſanguine redundauit? an quòd in portu Syracuſano piraticus myoparo nauigauit? Nihil poſſum reperire, quamobrem te in iſtã amentiam incidiſſe arbitrer: niſi fortè id egiſti, vt hominibus ne obliuiſci quidem rerum [g] tuarum malè geſtarum liceret. Annulo eſt aureo ſcriba donatus, & ad eam donationẽ concio [h] eſt aduocata. Quod erat os tuũ, cùm videbas in cõcione eos homines, quorum [i] ex bonis iſte annulus aureus donabatur, qui ipſi annulos aureos poſuerant, liberiſq; detraxerant, vt eſſet vnde ſcriba tuus hoc tuum munus [k], ac beneficium tueretur? quæ porrò præfatio tuæ donationis fuit? Illa ſcilicet vetus, atq; imperatoria? *Quando tu [l] quidem in prælio, in bello, in re militari:* cuius ne mentio quidem, te prætore, vlla facta eſt: an illa? *Quandoquidem tu nulla vmquam mihi in cupiditate, ac turpitudine defuiſti: omnibúſque in iiſdem flagitiis mecum & in legatione, & [m] prætura, & hic in Sicilia verſatus es: ob haſce res, quoniam te locupletaui, hoc annulo aureo dono.* Vera hæc fuiſſet oratio. nõ enim iſte annulus aureus abs te datus, iſtum virum fortem, ſed hominem locupletem eſſe declarat. Ita eundem annulum ab alio datum, teſtem virtutis duceremus: abs te donatum, comitem pecuniæ iudicamus. ¶Dictum, iudices, eſt de decumano frumento: dictum de emto. extremum, & reliquum [n] eſt, *de æſtimato* [o]. quod cùm magnitudine pecuniæ, tum iniuriæ genere quemuis debet commouere: & [p] verò eo magis, quòd ad hoc crimen non ingenioſa aliqua defenſio, ſed improbiſſima confeſſio cõparatur. Nam cùm ex S.C. & ex legibus frumentum ei in cællam ſumere liceret: idq; frumentum ſenatus ita æſtimaſſet, quaternis [q] LLS. tritici modium: binis, hordei: iſte numero ad ſummam tritici adiecto [r], tritici modios ſingulos cum aratoribus denariis ternis [s] æſtimauit. Non eſt in hoc crimen, Hortenſi: ne fortè ad hoc meditere: multos ſæpe viros bonos, & forteis, & innocenteis cum aratoribus, & cum ciuitatibus frumentum, in cællam

a v.c. anulus
b Annulis donati ſcribæ ab imperatoribus.*
c al. excellentem virt.
d al. M. Craſſicium.
e L. dicenda ven.
f L. è qua v.
g v.c. rerum tuarum liceret.
h Annulos aureos cum darẽt ſcribis ſuis Imperatores, concionem aduocatam ex hoc loco intelligi poteſt.*
i L. quorum ex bonis iſtũ annulo aureo donabas? qui
k Equeſtrem ordinem cuius cenſus 40000. ſeſtertium hoc eſt 12000. coronatorum. Annulis & aureis & cenſu à plebe diſtinguebantur equites. P. B. Plin. 33.*
l Donationis, virtutis ergo, qualis ab imperatoribus fortiſſimis mil. tib. fiebat, vetus formula.*
m L. & in p.
n frumentum aliud ordinarium, nec emptũ quod & decumanum: aliud emptũ. aliud æſtimatum.*
o III. DE FRVMENTO AESTIMATO.*
p L. tũ verò eo mag. al. te vero.*
q al. ternis LLS.
r Duplex lucrũ fuit Verri in frumento æſtimato, vnũ in æſtimatiõe, quã à ternis ſeſtertiis ad ternos denarios perduxerat: Alterum in adiectione frumenti, maiorem enim tritici numerũ P. CXCI. quàm legib. liceret, imperabat.
s hoc eſt XII. ſs.*

quod ſumi oporteret, æſtimaſſe, & pecuniam pro fruméto abſtuliſſe. Scio, quid ſoleat fieri: ſcio, quid liceat. nihil, quod [a] antea fuerat in conſuetudine bonorũ, nunc in iſtius facto reprehenditur. hoc reprehendo, q; cùm in Sicilia LLS, II. tritici mod. eſſet, vt iſtius epiſtola ad te miſſa [b] declarat, ſummam LLS. ternis: id quod & teſtimoniis omnibus, & tabulis aratorum planum factum antea eſt: tum iſte pro tritici modiis ſingulis ternos ab aratoribus denarios exegit. Hoc crimen eſt: vt intelligas, nó ex æſtimatione, neque ex ternis denariis pendêre crimen, ſed ex coactione [c] annonæ, atque æſtimationis. Etenim hæc æſtimatio nata eſt, iudices, initiò non ex prætorum, aut conſulum, ſed ex aratorum, atque ciuitatum commodo. Nemo enim fuit initiò tam impudẽs, qui, cùm frumentũ deberetur, pecuniam poſceret. certè hoc ab aratore primùm eſt profectũ, aut ab ea ciuitate, cui imperabatur: cùm [d] aut frumentum vendidiſſet, aut ſeruare vellet, aut in eum locum, quò imperabatur, portare [e] nollet: petiuit in beneficij loco, & gratiæ, vt ſibi pro frumento, quanti frumentum eſſet, dare liceret. Ex huiuſmodi principio, atque ex liberalitate, atque accommodatione [f] magiſtratuum, conſuetudo æſtimationis introducta eſt. Secuti ſunt auariores magiſtratus: qui tamẽ in auaritia ſua non ſolùm viam quæſtus inuenerunt, verùm etiam exitum, ac rationem defenſionis [g]. Inſtituerunt ſemper ad [h] vltima, ac difficillima loca apportãdum [i] frumentum imperare, vt vecturæ difficultate, ad quam vellent, æſtimationem, peruenirent. In hoc genere facilior eſt exiſtimatio, quàm reprehenſio: ideò quòd eum, qui hoc facit, auarũ poſſumus exiſtimare: crimen in eo conſtituere non tam facilè poſſumus: quòd videtur concedendum magiſtratibus noſtris eſſe, vt iis, quo loco velint, frumentum accipere liceat. Itaque hoc eſt, quod multi fortaſſe fecerunt: & ita multi, vt [k] ij, quos innocentiſſimos meminimus, aut audiuimus [l], non fecerint. Quæro nunc à te, Hortenſi, cum vtris tandem iſtius factum collaturus es? cum iis, credo, qui benignitate adducti, per beneficium, & gratiam ciuitatibus cõceſſerunt, vt nummos pro frumento darent. Ita credo, petiſſe ab iſto aratores, vt, cùm LLS. ternis tritici modium vendere non poſſent; pro ſingulis modiis, ternos denarios dare liceret. An, quoniam hoc non audes dicere, illuc confugies, vecturæ difficultate adductos, ternos denarios dare maluiſſe? Cuius vecturæ? quo ex loco, in quem locum ne portarent? Philomelóne [m] Epheſum? Video, quid inter annonam intereſſe ſoleat: video quot dierum via ſit: video Philomelenſibus [n] expedire, quanti Epheſi ſit frumentum, tãtum dare potius in Phrygia, quàm Epheſum portare, aut ad emendum frumentum Epheſum pecuniam, & legatos mittere. In Sicilia verò quid eiuſmodi? Enna, mediterranea eſt maximé. coge, vt ad aquam tibi, id quod ſummi iuris eſt, frumentum Ennenſes metiantur: vel Plutiam, vel Haleſam, vel Catinam, loca inter ſe maximè diuerſa, eodẽ die, quo iuſſeris, deportabunt. tametſi ne vectura quidem opus eſt. Nam totus quæſtus hic, iudices, æſtimationis, ex annonæ natus eſt varietate. hoc enim magiſtratus in prouincia aſſequi poteſt, vt ibi accipiat, vbi eſt cariſſimum. ideò valet iſta ratio æſtimationis in Aſia: valet in

a L. quod antea fuerit in cõſ.
b teſtimoniis omnium, & t.
c Coactio annonæ, id quod ad ordinariam tritici ſummam à Verre addebatur.*
d L. cum frumentum aut.
e lib. vulg. frumentum portare nollet.
f Accommodatio magiſtratuum, eorum facilitas.*
g al. defenſionis inſtituerunt. ſemper &c.
h L. in vltima, ac difficillima ad portandum loca, frumentum imp.
P. B.
i al. portandum.*
k L. vt ii, quos meminimus: aut vidimus, non fecer. & ita v. c.
l al. vidimus.*
m Philomelione Eph. Eſt autẽ Philomeliũ Phrygiæ oppidum a quo Epheſum vſque vecturam difficilem reddunt amfractus & flexus.*
n L. Philomelienſibus.

Hiſpania: valet in his prouinciis, in quibus vnum pretium frumento eſſe non ſolet. In Sicilia verò quid cuiuſquam intererat quo loco daret? neque enim portandum erat: & quò quiſque vehere iuſſus eſſet, ibi tantidem frumentum emeret, quanti domi vendidiſſet. Quamobrẽ [a] ſi quid, Hortenſi, docere vis, aliquid ab iſto ſimile, in æſtimatione, atque à ceteris, eſſe factum: doceas oportet, [b] aliquo in loco Siciliæ, prætore Verre, ternis denariis tritici modium fuiſſe. Vide quam tibi defenſionem patefecerim, quàm iniquã in ſocios, quam remotam ab vtilitate reip. quàm ſeiunctam à voluntate, atque [c] ſententia legis. Tu, cùm tibi ego frumentũ in meis agris, atque in mea ciuitate: denique cùm in [d] iis locis, in quibus es, verſaris, rem geris, prouinciam adminiſtras, paratus ſim dare: angulum mihi aliquem eligas prouinciæ, recónditum, ac derelictum? iubeas ibi me metiri, quò portare non expediat? vbi emere nõ [e] poſſum? Improbum facinus, iudices: non ferendum, nemini lege conceſſum, ſed fortaſſe adhuc in nullo etiam vindicatum. tamen ego hoc, quod ferri nego poſſe, Verri, iudices, concedo, & largior. Si vllo in loco eius prouinciæ frumentum tanti fuit, quanti iſte æſtimauit, hoc crimẽ in iſtum reum valere oportere non arbitror. Verùm enimuerò [f] cùm eſſet LLS. binis, aut etiam ternis, quibuſuis in locis prouinciæ duodenos ſeſtertios exegiſti. Si mihi tecum neque de annona, neque de æſtimatione tua poteſt eſſe controuerſia, quid ſedes? quid exſpectas? quid [g] defendes? Vtrùm tibi pecuniǽ [h] cóciliatæ videntur aduerſum leges, aduerſum remp. cũ maxima ſociorũ iniuria: an verò id rectè, ordine, è rep. ſine cuiuſquam iniuria factum eſſe defendes? cùm tibi ſenatus ex ærario pecuniam promiſiſſet, & ſingulos tibi denarios adnumeraſſet, quos tu pro ſingulis modiis aratoribus ſolueres: quid facere debuiſti? Si, quod L. Piſo ille frugi [i], qui legem [k] de pecuniis repetundis primus tulit: cùm emiſſes, quanti eſſet: quod ſuperaret pecuniæ, retuliſſes: ſi, vt ambitioſi homines, aut benigni: cùm pluris ſenatus æſtimaſſet, quàm quãti eſſet annona: ex ſenatus æſtimatione, non ex annonę ratione ſoluiſſes: ſin, vt pleriq; faciunt, in quo etiã erat aliquis quæſtus, ſed is honeſtus, atque cóceſſus: frumentum, quoniam vilius erat, ne emiſſes: ſumſiſſes id nummorum, quod tibi ſenatus cellæ nomine, conceſſerat. Hoc verò quid eſt? quam habet rationem, non quæro æquitatis, ſed ipſius improbitatis, atque impudentiæ? Neque enim eſt ferè quidquam, quod homines palàm facere audeãt in magiſtratu, quamuis improbi, quin eius facti, ſi non bonam, at aliquam rationẽ afferre ſoleant. Hoc [l] quid eſt? Venit prætor [m]: frumentum, inquit, me abs te emere oportet. Optime [n]. Modium denario. Benignè, ac liberaliter. nam [o] ego tribus LLS. non poſſum vendere. Mihi [p] frumento non opus eſt: nummos volo. Non [q] ſperaueram, inquit arator, me ad [r] denarios peruenturũ: ſed, ſi ita neceſſe eſt, quanti frumẽtum ſit, cõſidera. Video eſſe binis LLS. Quid ergo à me tibi nũmorum dari poteſt, cùm ſenatus tibi quaternos nummos [s] dederit? Quid poſcat, attendite: & vos, quæſo, ſimul, iudices, æquitatẽ prætoris attendite. Quaternos LLS. quos mihi ſenat⁹ decreuit, & ex ærario dedit, ego habebo, & in ciſtã [t] transferã ex [u] fiſco.

Quid

a L. Quamobrem, ſi vis, Hortenſi, docere, aliquid ab iſto ſimile in æſtima.
b v. c. oportebit,
c al. atque à ſententia legis.
d L. in eius locis.
e L. non poſſim?
f L. cum eſſet modius LLS. binis.
g al. quid defendis?
h L. Pecuniæ coactæ, conciliatæ videntur adu.
i L. Frugi.
k Lex de pecuniis repetundis. Idem Cicero 2. de officiis & in Bruto.*
P. B.
l L. Hoc vero quid eſt?
m Dialogiſmus inter Prætorem & aratorem.*
n L. Optume.
o L. Nã ego LLS. i. e. non poſſ.
p L. Mihi frumentum non op. eſt: nummos volo.
q Sperabã. al. volo. Nã ſperabam &c. q al. Nam ad Non ſperarã &c.
r Ad denarios peruenire dicitur, qui nũmo ſoluit non frumento.*
s L. LLS. ded.
t Ciſta & fiſcus differunt. Ciſta in ciſtam autem ex fiſco transferre dicitur, hic qui ex fiſco publico in fiſcum & priuatam rem & arcam pecuniam transfert.*
u L. de fiſco.

A Quid poſtea? quid? pro ſingulis modiis, quos tibi impero, tu mihi octonos LLS. dato. Qua ratione? Quid quæris rationem? non tantā rationem res habet, quantā vtilitatem, atq; prædam. Dic [a], inquit ille, planiùs. Senatus te voluit mihi nummos dare: me tibi frumentum metiri. tu eos nummos, quos mihi ſenatus dare voluit, ipſe habebis: à me, cui ſingulos denarios dari oportuit, binos [b] aufers? & huic prædæ ac direptioni, cellæ nomen imponis?
B Hæc [c] deerat iniuria, & hæc calamitas aratoribus, te prætore, qua reliquis fortunis omnibus euerterētur [d]. Nam quid eſſe réliqui poterat ei, qui per hanc iniuriā non modò frumentū [e] omne amittere, ſed etiā omne inſtrumentum [f] vendere cogeretur? Quo enim ſe verteret, nō habebat. ex quo fructu nummos, quos tibi daret, inueniret; Decumarū nomine tantum erat ablatū, quantum voluntas tulerat Apronij: pro alteris decumis, emtóque frumē-
C to, aut nihil datū, aut tantum datum, quātum réliqui ſcriba [g] fecerat, aut vltrò etiā, id quod didiciſtis, ablatum. Cogantur etiam nummi ab aratore [h]. quo iure? quo exemplo? Nam, cùm fructus diripiebantur aratorum, atque omni lacerabātur iniuria: videbatur id perdere arator, quod aratro ipſe quæſiſſet, in quo elaboraſſet, quod agri, ſegetéſque extuliſſent. Quibus iniuriis grauiſſimis tamē illud erat miſerum ſolatium, quòd id perdere videbatur,
D quod alio prætore, eodem ex agro reparare [i] poſſet. Nummos [k] verò, vt [l] daret arator, quos [m] non aratro, ac manu quærit, boues [n] & aratrum ipſum, & omne inſtrumentum vendat, neceſſe eſt. Nō enim debetis hoc cogitare: habet idem in nummis: habet [o] idē in vrbanis prædiis. Nā [p] *cùm aratori onus aliquod imponitur, non omnes, ſi quæ ſunt præterea facultates, ſed arationis ipſius vis, ac ratio conſideranda eſt, quid ea ſuſtinere, quid pati, quid efficere*
E *poſſit, ac debeat.* Quamquam illi quoque ſunt homines ab iſto omni ratione exinaniti, ac perditi: tamen hoc vobis eſt ſtatuendū, quid aratorem ipſum arationis nomine muneris in rep. [q] fungi ac ſuſtinere velitis. Imponitis [r] decumas: patiuntur. alteras: tēporibus veſtris ſeruiendum putant. dent emtum preterea. dabūt ſi voletis. Hæc quàm ſint grauia, & quid, his rebus detractis, poſſit ad dominos puri, ac réliqui peruenire, credo vos ex veſtris rebus
F ruſticis coniectura aſſequi poſſe. Addite nunc eódem iſtius edicta, inſtituta, iniurias: addite Apronij, Veneriorúmque ſeruorum, in agro decumano regna, ac rapinas. Quamquam hæc omitto: de cælla loquor. Placétne vobis, in cællā magiſtratibus noſtris [s] frumētum Siculos gratis dare? Quid hoc indignius? quid iniquius? Atq; [t] hoc ſcitote, aratoribus [u], hoc prætore, optandum, ac petendum fuiſſe. Soſitenus [x] eſt Entellinus, homo cum [y] primis
G ciuitatis prudens, & domi nobilis: cuius verba audiſtis: [z] qui ad hoc iudicium legatus publicè cum Arthemone, & Meniſco, primariis [a] viris, miſſus eſt. Is cùm in ſenatu Entellino multa mecum de iſtius iniuriis ageret, hoc dixit: ſi hoc de cælla, atque hac æſtimatione concederetur, velle Siculos ſenatui polliceri frumentum in cællam gratis, ne

t *al.* Atqui hoc u L. Aratoribus Verre prætore, opt. x L. Soſitheus eſt. y L. cum primis prudens & domi n. z L. audietis: qui. a Primarii viri, ciuitatum qui. principes ciuitatum dicti *l.* 16. ff. *de vſu & vſufructu legato.**

a Dic, dic, inquit ille, planiùs.
b L. binos auferes? & huic prædæ, ac dirept. cellæ nom. impones.
P. CXCIII.
c *al.* Hoc deerat iniuriæ, & h.
d *fort.* euerterētur: vt propiùs alludat ad Verris nomen.*
e L. fructum omnem am.
f Inſtrumentum ruſticum intellige.*
g L. ſcribæ fecerant.
h Aratores, de quib. hic, dicitur, quibus agri publici dabantur ea conditione vt ex iis decumas darent: ager qui dabatur, ea lege, vectigalis, decumanus, aratorio: quorum ipſi aratores non domini erant, ſed P. Romanus: vnde alibi aratores & domini diſtinguuntur.
i Reparare dicitur, qui P. B. redimit, qui reficit, dixi ad l. 122. §. 1. ff. de verborū obligat. Sic Horatius vina Syra reparata merce.*
k Nummos aratorem dare difficile.*
l *al.* vt det a.
m L. quos nō extrat, quos non aratro, ac m.
n Boues capi prohibet l. [illegible] Authent. agricultores Cod. quæ res pignori.*
o L. habet in vrb.
p L. nam cū aratori aliquid imponitur: non hominis, ſi quæ f.
q *al.* in rep.
r Aratoribus quæ onera impoſita.*
s *al.* veſtris.

A poſthac tantas pecunias magiſtratibus noſtris decerneremus. Perſpicere vos certò ſcio, Siculis quantopere hoc expediat, non [a] ad æquitatis conditionem, ſed *ad minima malorum eligenda.* Nam, qui mille modiûm Verri [b] ſuæ partis in cællam gratis dediſſet, duo millia nummûm, aut ſummum tria dediſſet: idem nunc pro [c] eodē numero frumēti LLS [d]. XIII. millia dare coactus eſt. Hoc arator aſſequi per triennium certo fructu ſuo non potuit: ven-
B diderit inſtrumentum, neceſſe eſt. quòd ſi munus, & hoc vectigal aratio tolerare, hoc [f] eſt, Sicilia ferre, ac pati poteſt: populo [g] R. ferat potius, quàm noſtris magiſtratibus. Magna eſt pecunia: magnum præclarúmque vectigal. ſi modò id ſalua prouincia, ſi ſine iniuria ſociorum percipere poſſitis: nihil detraho. Magiſtratibus tantundem detur in cællam, quantū ſemper datum eſt. quod præterea Verres imperat, id, ſi facere non poſſunt, recuſent. ſi
C poſſunt, populi Ro. potius hoc ſit vectigal, quàm præda prætoris. Deinde cur in vno genere ſolo frumenti iſta æſtimatio conſtituitur? Si eſt æqua & [h] ferenda: pupulo R. Sicilia decumas det, pro ſingulis tritici modiis ternos denarios: ſibi habeat frumentum. Data [i] tibi pecunia eſt, Verres: vna, qua frumentum tibi emeres in cællam: altera, qua frumentū emeres à ciuitatibus, quod Romam mitteres. Tibi datam pecuniam domi retines: & præterea pecuniam permagnam tuo nomine aufers. fac
D idem in eo frumento, quod ad populum Ro. pertinet. exige eádem æſtimatione pecuniam à ciuitatibus, & refer, quam accepiſti. tum [k] refertius erit ærarium populi R. quàm vmquā fuit. At [l] enim iſtam rem in publico frumento Sicilia non ferret: hanc rē in meo frumento tulit. Proinde quaſi aut æquior ſit iſta æſtimatio in tuo, quàm in populi R. commodo: aut ea res, quam ego dico, & ea, quam tu feciſti, inter ſe genere iniuriæ, non magnitudine
E pecuniæ differat. Verùm iſtam ipſam cællam ferre nullo modo poſſunt. vt omnia remittantur, vt omnibus iniuriis, & calamitatibus, quas te prætore tulerunt, in poſterum liberentur: iſtam ſe cællam, atque iſtam æſtimationē negant ſe vllo modo ferre poſſe. Multa Sophocles Agrigentinus apud Cn. Pompeium cos. nuper, homo diſertiſſimus, & omni doctrina, & virtute ornatiſſimus, pro tota Sicilia de ara-
F torum miſeriis grauiter, ac copioſè dixiſſe, ac deploraſſe dicitur, ex quibus hoc, iis, qui aderant, (nam magno conuentu acta res eſt) indignisſimū videbatur: qua in re ſenatus optimè, ac benigniſſimè cū aratoribus egiſſet, largè, liberaliterque æſtimaſſet, in ea re prædari prætorem, bonis euerti aratores: & id non modò fieri, ſed ita fieri, quaſi liceat, conceſſumq; ſit. Quid ad hæc Hortēſius? falſum eſſe crimen? Hoc numquā dicet. Non magnam hac ratio-
G ne pecuniam captam? Ne id quidem dicet. Nō iniuriam factam Siculis, atque aratoribus? Quî poterit dicere? Quid igitur dicet? *Feciſſe* [m] *alios*: quid eſt hoc? Vtrùm crimini defenſio, an comitatus exſilio [n] quæritur? Tu in hac rep. an in hac hominū libidine, &, vt adhuc habuit ſe ſtatus iudiciorum, etiā licentia, nō [o] ex iure, non ex æquitate, nō ex lege, nō ex eo, quod oportuerit, non ex eo, quod licuerit, ſed ex eo, quod aliquis fecerit, id, quod reprehen-
H ditur, rectè factū eſſe defendes? Fecerunt [p] aliqui alia quàm multa: cur in hoc vno crimine

a L. non ad æquitatē conditionis, ſed.
b L. Verri pro ſua parte in cæll.
c L. pro eo numero
d *al.* LLS. XVIII. millia.
e L. certe fructu ſuo n. *al.* profectò. *al.* toto. *al.* cetero. Certum autem fructū appellat, capi ſolitum & conſuetum.*
P. CXCIIII.
f L. hoc eſt ſi Sicilia ferre
g *v.c.* P. R. ferat potius, quàm noſtri magiſtratus. M.
h L. & ferenda: debet populo R. Sicilia decumas. det pro ſingulis modiis tritici ternos X. ſibi hab.
i Prætorib. Siciliæ pecunia dabatur frumentario nomine duplici ex cauſa, hoc eſt, vt & ſibi in cellā: & in vſū P. Romani emeret.*
k *al.* iam ref.
l L. At enim quam rem in publico frumento Sicilia non fert. &c. *v.c.* At enim iſtam rē, quā in pub. frum. Sici. nō ferret hanc rē.*
m Hanc exceptionem, *Feciſſe idem alios* repudiat & reprehendit Demoſthenes in oratione κατ' Ἀριστοκράτους Iſocrates in oratione quæ inſcribitur Βουσίριδος ἐγκώμιον.
n *al.* exſulio idem eſt, hac defenſione Hortenſius non aſſequitur vt Verres abſoluatur, ſed ne ſolus condēnetur & vt exilii ſui comites habeat.
o Ius vnde dici & ſumi oporteat.*
p L. Fecerūt alii. Quid? alii quàm multa?

A iſto genere defenſionis vteris? Sunt quædam
omnino in te ſingularia, quę in nullum alium
a fort. neque dici, neque à hominem dici,[a] neque cōuenire poſſint: quę-
dam tibi cum multis communia. Ergo, vt
omittam tuos peculatus, vt ob ius dicundum
pecunias acceptas, vt eiuſmodi cetera, quæ
forſitan alij quoque etiam fecerint: illud,
in quo te grauiſſimè accuſaui, quod ob iudi-
candam rem pecuniam accepiſses, eàdem iſta
ratione defendes, feciſſe alios? Vt ego aſſen-
B tiar orationi, defenſionem tamen non proba
bo. Potius enim te damnato, ceteris anguſtior
locus improbitatis defendendæ relinquetur,
quam, te abſoluto, alij quod audaciſſimè fe-
cerunt, rectè feciſſe exiſtimentur. *Lugent o-*
*mnes prouinciæ: querũtur omnes liberi populi: re*
*gna denique iam omnia de noſtris cupiditatibus*
P. CXCV. *& iniurijs expoſtulant: locus intra Oceanum*
*iam nullus eſt, neque tam longinquus, neque*
*tam reconditus, quo non, per hæc tempora,*
C *noſtrorum hominum libido, iniquitáſque perua-*
*ſerit.* ſuſtinere iam populus Roman. om-
nium nationum non vim, non arma, non
bellum, ſed luctum, lacrymas, querimonias
non poteſt. In eiuſmodi re, ac moribus: ſi
is, qui erit abductus in iudicium, cum ma-
b v.c. manifeſtis flagitiis nifeſtis [b] in flagitiis tenebitur, *alios* [c] *eádem*
c Exempla non excuſant delictum.* *feciſſe dicet*: illi exempla non deerunt, reip. ſa
lus deerit, ſi improborum exemplis improbi
D iudicio ac periculo liberabuntur. Placent vo-
bis hominum mores? placet ita geri magiſtra
tus, vt geruntur? placet ſocios ſic tractari,
quod reſtat, vt per hæc tempora tractatos vi-
detis? Cur hæc à me opera conſumitur? quid
ſedetis? cur nōn in media oratione coniur-
gitis, atque diſceditis? Vultis autem iſto-
rum audacias, ac libidines aliqua ex parte re-
ſecare? *Deſinite dubitare, vtrum ſit vtilius,*
*propter multos improbos vni parcere, an vnius*
*improbi ſupplicio multorum improbitatem coer-*
E *cere.* Tametſi quæ iſta ſunt exempla mul-
torum? nam cum in cauſa tanta, cùm in cri-
mine maximo dici à defenſore cœptum eſt
factitatum eſſe aliquid: expectant ij, qui
d Exēplorū auctoritas & voluptas.* audiunt, exempla [d] ex vetere memoria & mo
numentis, ac litteris, plena dignitatis, ple-
e L. Hæc enim plur. na antiquitatis. Hæc [e] plurimum ſolent & au-
ctoritatis habere ad probandum, & iucundi-
tatis ad audiendum. Africanos mihi, & Ca-
tones, & Lælios commemorabis? & eos fe-
F ciſſe idem dices? quamuis res mihi non pla-
ceat: tamen contra hominum auctoritatem
pugnare non potero, An [f], cum eos non pote-
f L. An, cùm eos non poteris, proferes hos. ris proferre, proferes hos recenteis, Q. Catu-
lum patrem, C. Marium, Q. Scæuolam, M. Scau
rum, Q. Metellum? qui omnes prouincias ha-
buerunt & frumentum cællæ nomine impe-
rauerunt. magna eſt hominum auctoritas, &
tanta, vt etiam delicti ſuſpicionem tegere poſ
P. B ſit. Non habes ne ex his quidem hominibus,
G qui nuper fuerunt, vllum auctorem iſtius ęſti
mationis. Quò me igitur, aut ad quę exempla
reuocas? Ab illis hominibus, qui tum verſati
ſunt in rep. cùm & optimi mores erant, & ho
minum exiſtimatio grauis habebatur, & iudi
cia ſeuera fiebant, ad hanc hominum licentiā
& libidinē me abducis? & in quos aliquid e-
xēpli populus R. ſtatui putat oportere, ab iis
tu defenſionis exēpla quæris? Nō fugio ne hos
g L. non quæram foris. Habeo iudices. quidē mores, dūmodo ex his ea, quæ probat
H popul⁹ R. exēpla, nō ea, quę cōdēmnat, ſequa-
mur. Nō circūſpiciā, nō [g] quęrā foris, cū habeas

A iudices, principes ciuitatis, P. Seruilium, Q.
Catulū: qui tāta auctoritate ſunt, tantis rebus
geſtis, vt in illo antiquorū [a] & clariſſimorum a L. antiquiſſimorum, &
hominū, de quibus antea dixi, numero repo- b al. & ea nō
nātur. Exēpla quærimus, & [b] ea nō antiqua. mo antiqua?
dò vterq; horum, exercitū habuit. Quære, Hor
tenſi, quoniam te recentia exēpla delectant,
quid fecerint. Itáne verò? Q. Catulus frumento
eſt vſus, pecuniā non coegit. P. Seruilius quin-
quennium exercitui cùm præeſſet, & iſta ra- c v.c. facere cùm poſſet,
B tionē innumerabilē pecuniā facere [c] poſſet, *nō* d L. non auū L. Metellum
*ſtatuit ſibi quidquā licere, quod non patrem ſuū,* clariſſimum hominem,
*non* [d] *auū Q. Metellū facere vidiſſet: C. Verres* facere vidiſ-
*reperietur, qui, quod expediat, id licere dicat?* ſet:
quod nemo, niſi improbus, fecerit, id aliorum e Prouinciæ Siciliæ condi-
exemplo ſe feciſſe defendat? At in Sicilia facti tio cur me-
tatū eſt. Quæ eſt iſta cōditio Siciliæ? cur, quę [e] lior quàm ce-
optimo iure, propter vetuſtatem, fidelitatem, terarum pro
propinquitatem eſſe debet, huic [f] pręcipua lex uinciarū eſſe
iniuriæ definitur? Sed in iſta ipſa Sicilia, non debuerit Ro-
C quæram exemplum foris: hoc ipſo in conſilio manis.*
vtar exēplis. C. Marcelle, te appello. Sicilię pro- f al. huic præcipuè lex in-
uinciæ, cùm eſſes pro conſule [g], præfuiſti: nū iuriæ def. v.c.
quæ [h] in tuo imperio pecuniæ, cællę nomine, P. CXCVI.
coactæ ſunt? neq; ego hoc in tua laude pono. præcipua
alia ſunt tua facta, atq; conſilia, ſumma laude g al. proconſul *
digna: quibus illā tu prouinciā afflictā & per- h *fort. num-
ditam erexiſti, atq; recreaſti. nā hoc de cęlla, quā.
neLepidus quidē fecerat, cui tu ſucceſſiſti. Quę
ſunt tibi igitur exēpla in Sicilia cęllę, ſi hoc cri
D men non modò Marcelli facto, ſed ne Lepidi
quidem potes defendere? An me ad M. Anto-
nij æſtimationem frumēti, exactionémq; pe-
cuniæ reuocaturus es? Ita, inquit, ad M. Anto- i al. innuiſſe
nij. Hoc enim mihi ſignificaſſe, & annuiſſe [i]
viſus eſt. Ex omnibúſne igitur populi R. præto
ribus, cōſulibus, imperatoribus, M. Antonium
delegiſti, & eius vnum improbiſſimū factum,
quod imitarere? Et hîc vtrū mihi difficile eſt
dicere, an his exiſtimare, ita ſe in [k] illo infini- k al. in iſto inf.
E to imperio M. Antoniū geſſiſſe, vt multo iſti l L. quàm
perniciofius ſit dicere, ſe in improbiſſima vo- poſſit defendere. nih. al.
luiſſe Antonium imitari, quàm [l] ſi poſſet de- quàm ſe poſ-
fendere, nihil in vita ſe M. Antonio ſimile fe- ſit defende-
ciſſe? *Homines in iudiciu ad crimen defendendū,* re.*
*non, quid fecerit quiſpiam, proferre ſolent, ſed* m lib. vulg. quid proba-
*quid* [m] *probarit.* Antonium, cùm multa contra rint?
ſociorum ſalutem, contra [n] voluntatem pro- n L. contra vtilitatem pr.
uinciarum & faceret, & cogitaret, in mediis o ſenatus populúſque R.
eius iniuriis, & cupiditatibus mors oppreſſit. iudices cōpr.
F Tu mihi quaſi eius omnia facta, atque conſi- & ita v.c. al.
lia S. [o] P. Q. R. iudices comprobarint, ita M. ſenatus, populique R.
Antonij exēplo iſtius audaciam defendis. At mendoſè.
idem fecit Sacerdos [p]. Hominem innocen- p al. C. Sacerdos.
tem, & ſumma prudentia præditum no-
minas: ſed tum idem feciſſe erit exiſtiman- P. B.
dus, ſi eodem conſilio fecerit. Nam genus q In æſtimatione frumē-
æſtimationis [q] ipſum, à me numquam eſt re- ti quid probet & impro-
prehenſum: ſed eius æquitas, aratorum com- bet Cicero.
modo, & voluntate perpenditur. *Non poteſt* r L. illa æſt.
G *reprehendi vlla* [r] *æſtimatio, quæ aratori non mo-* & ita v.c.
*dò incommoda non eſt, ſed etiam grata eſt.* Sa- ſ L. ante nouum, tritici
cerdos, vt in prouinciam vénit, frumentum modius LLS.
in cællam imperauit. Cùm eſſet, ante [ſ] nouum, X. V. pet. al.
tritici modius LLS. XV. petiuerunt ab eo ciui- tritici mo-
tates, vt æſtimaret. Remiſſior aliquanto e- dius LLS. XX.
ius fuit æſtimatio, quàm annona. nam [t] æſti- t L. Nam æ-
mauit denariis III. Vides, eandem æſtima- ſtimauit X.
tionem, propter temporis diſsimilitudinem III. Vid. al.
in illo laudis cauſam habere: in te, crimi- Nam æſtima-
H nis? in illo, beneficij: in te, iniuriæ? Eo- uit LLS. XII.
dem tēpore Antonius III. denariis æſtimauit Vid.
poſt

a L.malent

poſt meſſem, ſumma in vilitate, cùm arato- A
res frumentū dare gratis malebāt [a]. & aiebat,
ſe tantidem æſtimaſſe, quāti Sacerdotem:ne-
que mentiebatur: ſed eádem iſta æſtimatio-
ne, alter ſubleuarat aratores, alter euerterat.
Quòd niſi *omnu frumenti ratio ex* [b] *temporibus*
*eſſet*, & annona, non ex numero,neq; ex ſum
ma,cõſideranda: nūquam tam grati hi ſeſqui-
modij Q.Hortēſi, fuiſſent:quos tu cùm ad mē
ſuræ tam exiguā rationem populo R. in capi-
ta deſcripſiſſes, gratiſſimum omnibus feciſti. B
*caritas* enim *annonæ faciebat,vt iſtuc,quod* [c] *re*
*paruum videbatur,tempore magnum videretur.*
Idem iſtuc ſi in vilitate populo Ro.largiri vo
luiſſes: deriſum tuum beneficium eſſet,atque
contemtum. Noli igitur dicere, iſtum idem
feciſſe,quod Sacerdotē:quoniam non eo tem
pore, neque [d] ſimili fecit anno. dicito potius,
quoniam habes auctorem idoneū, quod An-
tonius vno aduentu, & vix menſtruis cibariis
fecerit,id iſtū per triennium feciſſe: & iſtius C
innocentiam M. Antonij facto,atq; auctorita-
te defendito. Nam de Sex. quidem Pæduceo,
fortiſſimo, atq; innocentiſſimo viro,quid di-
citis [e]? de quo quis vmquā arator queſtus eſt?
aut quis non ad hoc tēpus innocētiſſimam o-
mnium, diligentiſſimamq; præturā illius ho-
minis exiſtimauit? Bienniū prouinciam obti-
nuit,cùm alter annus in vilitate, alter in ſum-
ma caritate fuerit. nū aut in vilitate nummū
arator quiſquā dedit? aut in caritate de ęſtima
tione frumēti queſtus eſt? At vberiora cibaria D
facta ſunt caritate. Credo:neque id eſt nouū,
neq; reprehendendū. modò C. Sentium vidi-
mus, hominem vetere illa,ac ſingulari inno-
centia prędituū,propter caritatē frumenti, quæ
fuerat in Macedonia,permagnā ex cibariis pe
cuniā deportare.Quamobrē non ego inuideo
tuis commodis, ſiqua [f] ad te lege venerunt:
iniuriam queror, improbitatē arguo [g]: auari-
tiam in crimen,& in iudiciū voco.Quòd ſi ſu
ſpiciones iniicere voletis,ad plureis homines, E
& ad plureis prouincias crimen hoc pertine-
re:nō ego iſtā defenſionem veſtram pertime
ſcam, ſed me omnium prouinciarū defenſo-
rem eſſe profitebor. Etenim hoc dico, & ma-
gna voce dico:Vbicumq; hoc factū eſt,impro
bè factum [h] eſt. quicumq; hoc fecit, ſupplicio
dignus eſt.Nā, per deos immortaleis, videte,
iudices,& proſpicite animis,quid futurum ſit.
multi magnas pecunias ab inuitis ciuitatibus, F
atq; ab inuitis aratorib. iſta ratione,cællæ no-
mine,coegerunt: (omnino ego neminem vi-
deo,præter iſtū:ſed do hoc vobis,& concedo,
eſſe multos:) in hoc homine rem adductā in
iudiciū videtis. quid facere poteſtis? Vtrùm,
cùm iudices ſitis de pecunia capta [i], concilia-
ta,tantam pecuniā captam negligere: an, cùm
lex [k] ſociorū cauſa rogata ſit, ſociorū queri-
monias non audire? Verùm hoc quoq; vobis
remitto. negligite præterita, ſi vultis: ſed ne G
reliquas ſpes turbetis, atq; omneis prouincias
euertatis, id prouidete, ne auaritiæ, quæ an-
tehac occultis itinerib. atq; [l] anguſtiis vti ſole-
bat,auctoritate veſtra viam patefaciatis illu-
ſtrem [m], atq; latam. Nam ſi hoc probatis, & [n]
ſi hoc licere, pecunias iſto nomine capi,iudi-
catis:certè hoc,quod adhuc nemo, niſi impro
biſſimus, fecit, poſthàc nemo, niſi ſtultiſſi-
mus, non faciet. *Improbi ſunt, qui pecunias*
*contra leges cogunt: ſtulti, qui, quod licere iu-*
*dicatum eſt, prætermittunt.* Deinde, iudices, H

b ſi. Paulus Nõnulliā pretio varietatē locis temporaque adſerunt &c. l. pretia 63. ff. ad L.falcid.* c l. quod reptuum erat

d L.neq.ſimili fecit anno tu dicito

e L. dicetis. al.dicitis?

P. CXCVII.

f al. ſi quæ ad r. g L.coarguo & ita v.c.

h L.factum eſt.ſupplicio quicumque hoc fecit,dignus eſt.;

i al.capta,& conciliata, k ſubaudi repetundarū.*

l L.atq.anguſtiis

m L.latam, atque illuſtrē. P. B. n L.& ſi licere, pecunias iſto.

A videte,quàm infinitam ſitis hominibus licen-
tiam pecuniarū eripiendarum daturi. Si ter-
nos denarios qui coegit, erit abſolutus: qua-
ternos,quinos,denos denique,aut vicenos co-
get alius. quæ erit reprehenſio? in quo [a] pri-
mùm iniuriæ gradu reſiſtere [b] incipiet ſeue-
ritas iudicis? quotus erit iſte denarius, qui nō
ſit ferendus, & in quo primùm æſtimationis
iniquitas, atque improbitas reprehendatur [c]?
non enim à vobis ſumma, ſed genus æſtima-
B tionis [d] eſt comprobatum.neque hoc poteſtis
iudicare, ternis denariis æſtimare [e] licere. *vbi*
*enim ſemel ab annonæ ratione,& ab aratorū vo-*
*luntate* [f] *res ad prætoru libidinem tranſlata*
*eſt:non eſt iam in lege, atque in officio, ſed in vo-*
*luntate hominum,atque* [g] *audacia poſitus modus*
*æſtimandi.* Quapropter ſi vos ſemel in iudican
do finem æquitatis, & legis tranſieritis [h]: ſci-
tote, vos nullum ceteris in æſtimando finem
improbitatis & auaritiæ reliquiſſe. Videte igi
C tur, quàm multa ſimul à vobis poſtulentur.
Abſoluite eum, qui ſe fateatur maximas pecu
nias cum ſumma ſociorum iniuria cepiſſe. nō
eſt ſatis. Sunt alij quoque plures, qui idem fe-
cerint. abſoluite etiam illos,ſiqui ſunt:vt vno
iudicio quàm plurimos improbos liberetis.
Ne id quidem ſatis eſt.facite, vt ceteris poſt-
hac idem liceat.licebit.At hoc parum eſt.Per-
mittite,vt liceat,quāti quiſque velit,tanti æſti
met.æſtimabit. Videtis iam profectò,iudices,
D hac æſtimatione à vobis comprobata, neque
modum poſthac auaritiæ cuiuſquam, neque
pœnam improbitatis futurā.Quas ob res quid
agis Hortenſi? cōſul es deſignatus: prouinciā [i]
ſortitus es: de æſtimatione cùm dices frumen
ti,ſic te audiemus, quaſi id, quod ab iſto re-
ctè factum eſſe defendes,te factūrum profite-
are,& quaſi,quod iſti licitum eſſe dices, vehe
menter [k] cupias tibi licere.Atqui,ſi id licebit,
nihil eſt,quod putetis quemquā poſthac com
E miſſurum, vt de pecuniis repetundis condem
nari poſſit. Quantam enim quiſque concupi-
erit pecuniam, tantam licebit per [l] cællæ no-
men æſtimationis magnitudine conſequatur.
At enim eſt quiddam,quod,etiam ſi palàm in
defendendo non dicit Hortenſius, tamen ita
dicit, vt vos id ſuſpicari, & cogitare poſſitis:
pertinere hoc ad commodum ſenatorium:
pertinere ad vtilitatem eorū, qui [m] iudicent,
qui in prouinciis cum [n] poteſtate,aut cum le-
F gatione ſe futuros aliquando arbitrentur.
Præclaros [o] viros exiſtimas iudices nos habe-
re,quos alienis peccatis cōceſſuros putes, quo
faciliùs ipſos [p] peccare liceat. Ergo id volu-
mus populum R. id prouincias,id ſocios, na-
tionéſque exteras exiſtimare, ſi ſenatores iu-
dicent, hoc certè vnum genus infinitæ pecu-
niæ, per ſummam iniuriam cogendæ, nullo
modo poſſe reprehendi? quod ſi ita eſt, quid
poſſumus contra illum prætorem [q] dicere,
G qui quotidie tēplum [r] tenet, qui [s] *remp. ſub-*
*ſiſtere negat poſſe, ni ad equeſtrem ordinem iudi-*
*cia referantur* [t]? Quòd ſi ille hoc vnum agita-
re cœperit, eſſe aliquod genus cogendæ pe-
cuniæ ſenatorum commune, & iam propè
conceſſum ordini, quo genere ab ſociis ma-
xima pecunia per ſummam iniuriam aufera-
tur [u]: neque [x] illud modò ſenatoriis iudiciis
reprehendi poſſe, idque, dum equeſter ordo
iudicaret, numquam eſſe commiſſum: quis
H obſtet?quis erit tam cupidus veſtri,tam fautor
ordinis, qui de transferendis iudiciis poſſit

a al.quarto* b al. conſiſtere.

c L.repræhēdetur.; d L. æſtimationis erit. c. e L.æſtimari licere, denis non licere. f L. vtilitate g L.atque auaritia

h al.tranſilieritis:

i Cretā: quę tamen collegæ Metello conceſſa, (vnde Creticí nomen adeptus eſt)in vrbe manſit.*

P.CXCVIII.

k v.c.inmane cupias l hoc eſt cællæ nomine. Sic apud Tacitum, vbi per nomē agrorum, ſumen & iuculta, montium excipiant.* m L.qui res iudicent, n Cum poteſtate in prouinciis erāt magiſtratus, qui imperiū à P.R ō. accerūt.vt Prętores & conſules: legati vero à ſenatu more maiorum deligebantur.* o L.Præclaros verò exiſtim.; p L.ipſis peccare lic. q L.Mælium Collum.* r Templum vocat.roſtra, in quibus magiſtratus legem ferebat in quibus quotidie Cotta Prætor erat,vt legem de iudiciis ferre poſſet.* ſ al.qui rēp. ſiſtere neg. t forſ.tranſſerantur? u L.ſauertatur. x L.neque id vllo modo ſen.& ita v.c.

recuſare? Atque vtinam poſſet aliqua ratione
hoc crimen,quamuis falſa,modò humana,at-
que vſitata defendere. minore periculo ve-
ſtro, minore periculo prouinciarũ omnium,
iudicaretis. Negaret [a] hac æſtimatione ſe
vſum: vos [b] id credidiſſe homini,non factum
comprobaſſe videremini.nullo modo negare
poteſt: vrgetur à tota Sicilia:nemo eſt ex tãto
numero aratorum, à quo pecunia cællæ no-
mine non ſit exacta. Vellem etiam hoc poſſet
dicere, nihil ad ſe iſtam rationem pertinere:
per quæſtores rem frumentariam eſſe admi-
niſtratam: ne [c] id quidem ei licet dicere:pro-
pterea quòd ipſius litteræ recitantur, ad ciui-
tates de ternis denariis miſſæ. Quæ eſt igitur
defenſio? Feci quod arguis: coegi pecunias
maximas cællæ nomine: ſed hoc mihi licuit:
vobis,ſi proſpicitis, licebit. Periculoſum pro-
uinciis,genus iniuriæ confirmari iudicio:*per-
nicioſum noſtro ordini, populum Ro. exiſtimare,
non poſſe eos homines, qui ipſi legibus teneantur,
leges in iudicãdo religioſè defendere.* Atque iſto
prætore, iudices, non ſolùm æſtimandi fru-
menti modus non fuit,ſed ne imperandi qui-
dem. neque enim id, quod debebatur, [d] ſed
quantum commodum fuit, imperauit. Sum-
mam faciam vobis ex publicis litteris,& teſti-
moniis ciuitatum, frumenti in cællam impe-
rati. reperietis quinquies tanto, iudices, am-
plius iſtum, quàm quantum ei in cællam ſu-
mere licitum ſit, ciuitatibus imperaſſe. Quid
ad hanc impudentiam addi poteſt, ſi & æſti-
mauit tanti, vt homines ferre non poſſent, &
tanto plus, quàm erat ei conceſſum legibus,
imperauit? ¶Quapropter [e], cognita tota re fru-
mentaria, iudices, iam facillimè perſpicere
poteſtis, amiſſam eſſe populo Romano Sici-
liam, fructuoſiſſimam, atque opportuniſſimã
prouinciam, niſi eam vos iſtius damnatione
recuperatis. Quid eſt enim Sicilia, ſi ei agri [f]
cultionem ſuſtuleris, & ſi aratorum numerũ,
ac nomen extinxeris? quid enim poteſt eſſe
in calamitate reſidui, quod non ad miſeros
aratores,iſto prætore,per ſummam iniuriam,
ignominiámque peruenerit? quibus,cùm de-
cumas dare deberent,vix ipſis [g] decumæ re-

a L. Si negaret, hac æſtimatione ſe vſum: *al.* Negaret hic eſt. *al.* Vellem negare poſſet, hac æſtim.
b *v.c.* vos id credidiſſe, hominib. credidiſſe, non factum comp. *& ita L.*
c *al.* ne id quidem ei li cebit dicere:
d *v.c.* debetur, *& ita L.*
e PERORATIO.* P. CXCIX.
f *al.* agri colationem.*
g L. ipſæ decumæ r.

A lictæ ſunt: cùm pecunia deberetur,ſoluta non
eſt: cùm optima æſtimatione ſenatus fru-
mentum eos in cællam dare voluiſſet, etiam
inſtrumenta agrorum vendere coacti ſunt.
Dixi iam antea, iudices, vt has omneis in-
iurias tollatis, tamen *ipſam rationem aran-
di ſpe magis, & iucunditate quadam, quàm
fructu, atque emolumento teneri. etenim ad in-
certum caſum, & euentum, certus quotannis la-
bor,& certus ſumtus impenditur. annona porrò,
B pretium, niſi in calamitate fructuum, non ha-
bet.* ſi autem vbertas in percipiendis fructi-
bus fuit, conſequitur vilitas in vendendis: vt
aut malè vendendum intelligas,ſi proceſſit [h]:
aut malè perceptos fructus,ſi rectè [i] licet ven-
dere. *Totæ autem res ruſticæ eiuſmodi ſunt, vt
eas non ratio, neque labor, ſed res incertiſſimæ,
venti, tempeſtatéſque moderentur.* Hinc cùm
vnæ decumæ lege, & [k] conditione trahan-
tur: alteræ nouis inſtitutis propter annonæ
C rationem imperentur: ematur præterea fru-
mentum quotannis publicè: poſtremò etiam
in cællam magiſtratibus & legatis imperetur:
quid, aut quantum præterea eſt, quod aut li-
berum poſſit habere ille arator, ac dominus
in poteſtate, ſuorum fructuum, aut in ipſis
fructibus ſolutum? Quód ſi hæc feruntur o-
mnia: ſi vobis potius, ac populo Rom. quàm
ſibi, & ſuis commodis, opera, ſumtu, labore
deſeruiunt [l]: etiámne hæc noua debent edi-
D cta, & imperia prætorum, & Apronij domi-
nationem, & Veneriorum ſeruorum furta,
rapináſque perferre? etiámne frumentũ pro
empto gratis dare? etiámne in cællam cùm
cupiant [m] gratis dare vltrò, pecuniam grandé
dare? etiámne hæc tot detrimenta, atque da-
mna cum maximis iniuriis,cõtumeliíſque per
ferre? itaque, hæc iudices, *quæ pati nullo mo-
do potuerunt, non pertulerunt.* Arationes [n] to-
ta Sicilia deſertas, atque à dominis relictas eſ-
E ſe cognoſcitis: neque quidquam aliud agitur
hoc iudicio,niſi vt antiquiſſimi ſocij,fideliſſi-
míque, Siculi, coloni populi Romani, atque
aratores, veſtra ſeueritate, & diligentia, me
duce, atque auctore, in agros, atque in ædes
ſuas reuertantur.

h Procidiſſe dicitur cum meſſis copioſa.
i Recte vendit qui caret
k L. & conditione detrahantur: alt. & conſuetudine detrahant. *al.* & conſuetudine trah. & P. B.
l Deſeruit qui in ſeruiendo nihil omittit.
m L. cupiſt vltrò dare gratis, prce addere!
n L. Arationes omneis tota S.

P. CC.

# ACCVSATIONIS IN C. VERREM, LIBER QVARTUS [a], de ſignis.

## ORATIO NONA.

### SYNOPSIS.

¶ *De latrociniis Verris: & quæ abſtulerit.* 1. *C. Heio Mamertino.* 2. *Philarcho Centuripino.* 3 *Pamphilo Lilybætano (Diocli, Melitenſi Diodoro: Cn. Calidio: L. Papyrio:)* 4 *Aeſchylo Tyndaritano: & aliis Tyndaritanis:* 5. *Eupolemo Calactino:* 6. *Catinẽſibus.* 7. *Agyriẽſibus.* 8. *Haluntinis.* 9. *L. Titio.* 10. *Antiocho regi Syriæ.* 11. *Segeſtanis.* 12. *Tyndaritanis.* 13. *Agrigentinis.* 14. *Aſſorinis.* 15. *Enguinis:* 16. *Catinenſibus:* 17. *Melitenſibus.* 18. *Ennenſibus.*

Venio [b] nunc ad iſtius, quemadmodum ipſe appellat, ſtudium [c]: vt amici eius, morbum, & inſaniam: vt Siculi, latrocinium. ego, quo nomine appellem, neſcio. rẽ vobis proponam: vos [d] eam ſuo nominis põdere pẽditote. genus ipſum priùs cognoſcite, iudices: deinde fortaſſe non magnoperè quæretis, quo [e] nomine appellandũ putetis. ¶Ne-

A go [f] in Sicilia tota, tã [g] locuplete, tam vetere prouincia, tot oppidis, tot familiis, tã copioſis, vllum argenteũ vas, vllum Corinthium, aut [h] Deliacum fuiſſe: nego vllam gemmam, aut [i] margaritam fuiſſe, aut quidquam ex auro, aut ebore factum, ſignũ vllum æneũ, marmoreũ, eburneum: nego vllam picturam neq; [k] in tabulis, neque [l] textilem fuiſſe, quin [m] quæſierit, inſpexerit: quod placitũ ſit, abſtulerit. Magnũ videor

a Citatur hic liber à Cicerone libro de Oratore: & appellatur quartus accuſatio nis.*
b TRANSITIO.*
c ſtudiũ rei honeſtè mor bus & inſania, fortunæ latrocinium, delicti nomen eſt.*
d L. vos eam ſuo, non nominis pond. *& ita v.c.*
e L. quod id nom.

f PROPOSITIO.*
g L. tam locupleti, *& ita v.c.*
h *v.c.* Deliacum fuiſſe: vllam gemm.
i L. aut Margaritã, quidquam ex auro,
k L. neque in tabula.
l *v.c.* neque textili
m L. quin conquiſierit.